qua non inuetur a ſorore ſiue a Saturnina tales lineæ parum proficiunt. Et quando uitalis ſolummodo eſſet aliquãtulum periculoſa et tales lineæ adſint ſignificant faciliorem euaſionẽ a tali periculo. ℂNot. autem ꝙ communiter tales lineæ inueniuntur continuatæ ex pluribus lineis lineas aũt huiuſmodi non reperi, in aliquo ſubiecto prouectæ ætatis ſed in q̃ pluribus minoribus. 30. annorum habebantq́ʒ Vitalẽ ualde periculoſam.

ℂCapitulum. C. De illis qui coniunguntur cum uilibus fœminis & raro habent deſponſationem optatam.

Figura talis. E. in loco Martis arguit ꝙ habens iunget ſe cum uilibus fœminis, & raro habebit deſponſationem optatam.

ℂTricaſſus Mantuanus.

ℂIn hoc defectu cõiter incurrũt illi qui ancillas & Seruitrices in cõcubitũ retinẽt & ulterius nõ nubũt aut illas deſpõſãt.

ℂCapitulum. CI. de his qui ſunt bonæ ſpei. & bonum habebũt, ſed prius malum ſuſtinebunt.

Spes nunq̃ hominẽ deſerit, & nulla uirtus eſt mortalibus magis amica ideo de ea aliquid tractare mihi uiſum eſt, & oſtendere quomodo cognoſcantur illi qui bone ſpei eſſe poſſunt. Si rami aliqui ꝓcedant ex cardiaca & extenſe uadãt ad mediam naturalem tantum per triangulum, ſignificant hominem bone ſpei & bonum cum tempore habebit. ſed in principio mala ſuſtinebit, & nota tamen ꝙ iſtud ſimpliciter non eſt intelligẽdũ quia ſi haberent manus fortunatas minus lederẽtur, ſed tamẽ reſpectiue. Si infortunium dominatur intenſiue accidit infortunium. ut in pratica dictum eſt pluribus uicibus, neceſſe eſt etiam paternas radices ſpeculari.

ℂCapitulum. CII. De ſignis quæ malum prædicant.

QVædam linea ſi ſecēt lineam uitæ tendentes ad
montem policis malum prædicant, ſcilicet infor
tunium circa diuitias & ſignificant etiam ia-
cturas incomportabiles.

Cap.ciii. de his qui mouebunt lites propter quas multū ſan
guinis effundetur uel uita uel hominis membra amittentur.

SI ſupra lineam uitæ quædā grana rubea uel pi
cturæ ſint inordinate ſignificāt uirum conten-
tioſum, & talis mouebit lites propter quas ſan
guis effundetur, & ipſa uita, uel membra homi
nis amittentur.

Capitulum.ciiii. De luſoribus.

DIxit Coruus noſter. quando inueneris inter primā
& ſecundam policis iuncturam duas lineas ex-
1 tenſas & bene coniunctas hominem ſignificat lu
ſorem & propter ludum uitæ periculum adhibet
fortaſſe, & raro lucrabitur, ſed ſi fuerint diſiunctæ uel flexuo
2 ſe dānum patientur habentes hæc ille. Mōs quoq; policis ual
3 de eleuatus luſorem ut dicunt arguere uidetur. Angulus ēt
ſummus ualde ſeparatus hominem ſignificat ad ludum incli-
natum. Angulus ſummus rethiculatus aut in infima parte
cum tuberculo ueneris tumidus aut craticulatus hominem in-
4 clinat ad ludum.

Tricaſſus Mantuanus.

NOtandum circa. 1. ſignum ꝙ tales lineæ multū opponuntur. ita. ſ. ꝙ faciunt angulum amplum ſiue obtuſum, & aliquādo ſunt multū interſecate ad inuicē, & aliquādo ēt ſolūmō adinuicē cōiūguntur quādo ſolūmō iūgūtur ſiue adinuicē ſe reſpiciūt, ſignificāt diminutionē talis effectus. ſimiliter quādo eſſent ex una p̄te

magis apparentes q̃ ex alia. ¶ Secundum aut & .3. ſignũ parum aut nihil ualent, ſed ſolummodo oſtendunt mentis leuitatem, ut etiam communiter ſunt omnes luſores.

¶ Cap. cv. de his qui a lancea ſeu ſagitta uulnerabuntur.

ALinea uitæ ſi prope iũcturam ipſius cum media naturali deſcendat quædam linea ad mediã naturalem inferius reſpiciẽs. qui habuerit a lãcea uel a ſagitta uulnerabitur. Attamen hanc rem ignoro uſq; ad hunc diem.

¶ Capitulum. cvi. De ſignis temperantiæ boni finis & quæ bonam confeſſionem ſignificant.

QVædam linea ſi ſecet lineam uitæ in ſui inferiori parte uerſus reſtrictam faciẽs quãdam paruam crucẽ cũ bono colore temperantiæ & boni finis & bone confeſſionis ſignum eſt.

¶ Capitulum. cvii. De his qui cum matre ſua iraſcuntur & inde accidit effuſio ſanguinis.

MEdia naturalis ſi fuerit groſſa & nimis ꝓfunda & quædam paruæ foueæ ibidem appareant cum colore intenſo cum matre iraſcetur & inde accidet ſanguinis effuſio.

¶ Capitulum. cviii. De his qui cum matre etiã iraſcuntur & mater ſua primo morietur.

IN ſupranotata linea nõ fuerint foueæ & duæ lineæ paruæ curte ipſam ſecẽt ĩ duobus locis iuxta ſcilicet pedẽ lineæ uitæ, quaſi in oppoſito ſpacii qḋ eſt inter indicẽ & mediũ et in fine iũgãtur cum matre iratũ ſepius oſtẽdit. et ẽt mater ſua prius eius morietur. Lineæ equediſtãtes ad radicẽ policis deſcẽdẽtes ſignificãt mortẽ matris ſuã ꝑdere. Si due lineæ fuerint iacẽtes iuxta lineam

uitæ in fine mõtis policis ſignificat matrē ſuam primo mori.

¶Capitulum.cix.De ſignis mortis patris.

POſtq̃ uidimus ſigna de morte matris uiſu; eſt nobis ponere ſigna de morte patris. Igitur lineæ perfecte peruerſe ad radicem policis patrē primo moriturū eſſe minãtur.ut dicūt aliqui.

¶Capitulum.cx.De ſignis mortis affinium.

LIneæ tranſuerſantes ſuper radicem policis īter ſe æquediſtantes uel fere ad ſuperiores partes mortem affinium ſignificat.

¶Cap.cxi.De ſignis perturbationū ratione eorū qui affinitate coniunguntur.

SI a Radice policis egrediātur lineæ ſuper radicem circūuerſantes,& ſi plures fuerint magnas perturbationes propter aliquem de affinitate dicunt ſignificare.

¶Ca.cxii.De his qui itromittūt ī diuerſis magiſteriis.

SIgnum multarum artium & eius qui inquirit ſubtilia diligēdo loquēdo et tacēdo,et qđ di-
1 gnitatē aut famā arguit, ē quādo duæ lineæ reperiūtur ī mōte medici æquediſtātes p̄ſerti ſi ad radicē ipſius digiti extēdūtur.¶Si ī digito mi-
2 nimo rep̃ritur una linea oriēs a radice digiti et extēdatur ad ſecūdam uel tertiam iūcturā cū bona proportione arguit ingenium diuerſis facultatibus ac cõmodatū præſertim quādo tuberculus eſt clarus.¶Littera.D.ī loco lunæ hoiem ad diuerſa
3 magiſteria diſponit.¶Si in manu fuerint multe lineæ trāſuer-
4 ſales ſcindentes lineas naturales ſignificāt applicationē ad diuerſa negocia,& intromiſſionē in multis magiſteriis & præcipue quando lineæ ſint graciles.

¶Cap.cxiii.de his qui intromittunt ſe in negociis & raro in magiſteriis & habẽt uitam ſine diſcurſu.

IN manu ſi paruæ lineæ fuerint naturã beluinã demõſtrãt, & habens nõ intromittet ſe in negociis. ¶Si ſoror lineæ uitæ uel linea mẽſalis ad mediũ deuenerit, & ſi profundę lineæ & breues ibidem fuerint quietã uitã uidentur oſtendere. ¶Et quando tuberculus medius inuenitur ſine lineis occioſum ſignificat, & hominem ſine cura & cum quiete.

¶Cap.cxiiii. De illis qui habẽt amicorũ copiã et uitã hillarẽ

QVadrãgulus equilaterus rectus et amplus bonã & morigeratã naturã inuit, cũ amicorũ copia, & hylaritatẽ oſtẽdit. ¶Si aũt in quadrãgulo nullus triãgulus aut crux aut tranſuerſalis linea apparuerit perſeuerantiam & gloriam in operibus & optimum ſtatũ uſq; ad uitæ finem demonſtrabit.

¶Cap.cxv. De his qui faciunt opera mechanica aut liberalia propter cupiditatem & ſui memoriam.

HVinſmodi ſũt illi qui hẽnt lineas pulchras rectas et fortunatas i loco mercurii. ꝓpinq̃ ꝓportionẽ et hoc tenẽt lineæ i loco ſolis. ¶Cupiũt ẽt memoriã, ſuorũ laborũ apud poſteros, qñ locus Iouis eſt fortunatus. ¶Similẽ ſñiam teneas i illis qui hẽnt angulũ ſupmũ eminẽtẽ et acutũ. ¶Ad ſũmũ deſideriũ pfectæ mẽoriæ actiões ſuas hẽnt illi qui habẽt triãgulũ equilaterũ. ¶Tricaſſ.Man.

¶Quo ad cap.iſtud ſciẽdũ ẽ ẽt ꝙ dñiũ planetarũ nõ ſolũ itelligitur quo ad mõtes digitorũ ſed ẽt quo ad ipos digitos, et maxime in auriculari qñ tales lineæ aſcẽdũt uſq; ad.3. iũcturam. ¶Sed; ſignũ falſũ ẽ imo Angulus ſupmus debet eẽ aliquãtulũ latus et ad rotũditatẽ tẽdẽ et cõiũctus, ut ẽt dictũ fuit i.1.c.13

¶ Cap. CXVI. de amicis extraneis.

Quando in monte manus quædam lineæ oriuntur ex parte inferiori montis uerſus dorſum manus & uadant ad ſuperius, & earum caudæ flectantur uerſus menſalem, quot lineæ fuerint, tot amicos extraneos oſtendunt.

¶ Cap. CXVII. de amicis qui ſunt ex affinitate ꝓpria,

Tales lineæ quas ſupra diximus ſi ſint prope raſcettam, amicos de natione aut de parentela propria oſtendunt.

¶ Capitulum. CXVIII. de amicis non potentibus.

Prædictæ lineæ ſi flectantur ad raſcettam, ſignificant impotentes amicos credentes prodeſſe ſibi & nõ poſſunt. ¶ Ratio quia infima pars manus arguit infortunium, & pars ſuprema oppoſitum, ut in radicibus primi libri actum eſt, ergo inferior flexio denotat amicos infortunatos. ¶ Et nota ꝙ quanto maiores & notabiliores amicos oſtendunt, & ſi ſecentur prædictæ lineæ a quibuſdam lineis tranſuerſalibus non habent amicos, & ſi habebunt, non erunt fideles, ſed erunt amici fortunæ.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

Expoſitiones quas Cocles in iſtis tribus capitulis ſuperioribus adducit falſæ ſunt. Et ratio ſimiliter quam ponit in cap. 118. falſa eſt, immo quando in infima parte manus inuenitur quædam linea aſcendens per directum raſcettæ uerſus finem montis policis, ſignificat Iouem ſibi fortunari. Proprium autem ſignificatum harum linearum habetur in chyromantia mea, figura. 41. & 39. & 35.

¶ Cap.

¶ Capitulum.CXIX.de his qui habebunt inimicos,ſed non no-
cebunt ei.

EGo mihi perſuadeo ꝙ ſolus miſer non habet ini-
micos, & nullus uir eſt magnæ excellentiæ ſine ini
micis, quoniã in unaquaqꝫ re ſunt æmuli, tamen cõ
parando unum ad alium unus habet pauciores ini
micos q̃ alius. Sed ſi tu non habes inimicos hoc ꝓ
cedit ꝙ tu es ſine uirtute, aut ſine aliqua excellentia intellectus
& es penitus conſtitutus in miſeria. ¶ Littera. O. ſine trian- 1
gulus in tuberculo indicis, amicos infideles uidetur oſtendere, 2
ſed tamen non nocebunt. ¶ Si quedam linea in medio brachii
aſcendat per raſcettam manus, talis non habebit fideles ami-
cos, non ex parte ſui, ſed ex parte alterius, & faciat quicquid ue
lit ſemper ꝙ uniuerſaliter non habebit amicos, & ſi habebit
erunt ficti, ergo non habeat negocia cum aliis, ſed quicquid 3
agit per ſeipſum faciat. ¶ Qui habuerit lineas in radice Solis 4
pluſq̃ alibi, habebit multos inimicos et nõ ledetur ab eis. ¶ Di
xit retrogradus pictor chyromantiæ.i.Coruus. Si a radice po
licis oriatur una linea & uadat ad lineam uitæ, inimicitiam
magnam cum uiro ſignificat, & ſi tetigerit, damnum ab eo
aliquod ſignificat inferendum. Sed ſi ibi fuerint duæ rimulæ
tranſuerſales, ſignum eſt talem odio haberi a quodam potente
uiro intus, ſed id aſtute faciet diſſimulans amicitiam & alios
ad nocendum ſtimulabit, ſed parum nocebit, neqꝫ illum uerebi-
tur, aut ſua nocumenta, hæc ille. ¶ Dicunt aliqui Moderni, ſi li 5
nea menſalis in ſui ſummitate bipartitur, quorum ramus unus
uadat ad indicis tuberculum, alter uero ad ſaturninum deflexe
rit, inimici poteſtatem & uictoriam inſinuat, et tamen ab om
nibus inſidiis euaſurum oſtendit, quod nunq̃ notaui.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

ISte pauper homo multociens non reminiſcitur eo- rum quæ prius dicit, unde & in eũdem errorem incurrit de quo in principio huius libri Corumm reprehendit, licet iniuſte. Nam primum ſignum huius capituli eſt illud quod etiam ipſemet expoſuit in capi- tulo.66.primo ſigno, & capitulo. 97. ſigno.3.&.5.Qua- lem autem conformitatem hæc adinuicem habeant unuſquiſq; per ſemetipſum conſpici poteſt. Vnde Dicit ꝙ quandocunq; hu iuſmodi ſigna inueniuntur ſignificant habere Dignitates & Honores apud principes & prelatos propter fidelitatem ſuam. Inuidiari autem ex hoc ab emulis ſuis, ſiquiq; ſibi multa mala procurabunt licet forte ſecrete, attamen non multum offendi pro pter hoc niſi fortaſſis & ex aliis ſignis ſibi malum denuncia- retur. Quo ad ſecundum ſignum ſciendum ꝙ talis linea ali- quantulum uerſus Montem Manus extenditur aut etiam in mõ te policis per directum. ¶ Quo ad.3.ſciendum ꝙ ipſe lineæ de bent eſſe aliquantulum groſſe ut effectum illum ſignificant, nã aliter ſignificarent hominem amicabilem. Et debent eſſe recte in monte, nam ſi eſſent inclinatæ ſignificarent uulnera ſeu Per- cuſſiones circa Renes.

¶ Cap. de his qui habent multos inimicos, & propter ipſos patiuntur iacturas & in- commoda multa.

SI inter mediam appareãt lineæ ut cruces tendẽ
1 tes ad quadrangulum & ſit uel ſint rubeæ &
parue ab inimicis perſecutionibus plurimis op-
primetur magis autem ſi ſint inter mediam et
2 cardiacam. ¶ Angulus ſupremus in concauo manus arguit ho
minem culpabilis uitæ, & habebit multos inimicos, et fortaſſe
3 cauſa eorum patietur uinculum. ¶ Quando media & cardia

ea non coniunguntur ex ſe ſed per quoſdā baculos hoc eſt lineas
ſcindentes tunc ſignificat inuidiam, deſtructionem, & inimici-
tias & oppreſſionem. ¶ Dicunt quidam quotquot lineæ inci- 4
dunt menſalem tot uicibus a ſiccariis habens infortunium,
aut periculum patietur. ¶ Si linea menſalis finiatur inter in- 5
dicem & medium talis uir nunq̃ erit ſine controuerſiis & an
guſtiis ſiue litigiis (tales notaui aliquoties amittere propriam
ſubſtātiam) & quanto ingreditur intra digitos ex directo mi
natur tanto maiores oppreſſiones. ¶ Si in radice Menſalis fue- 6
rint lineæ idem indicabitur, ille autem ſi fuerint quinq; aut de
cem ſeu plures & ſe coniunxerint equitando ut cruces totidem
inimicos præſentialiter oſtendit, ſi autem acute ualde fuerint
inimicos mortiferos indicabis. Si autem linea eas trāſierit pa-
rentes proximoſq; indicabit inimicos. Hæc autem linea amicos
hoc mō ꝓbat, ſi in pluribus locis a radice īterſecetur a quibuſdā
lineis in modum crucis amiciſſimos ſecundum quantitatem ſui
denunciat. ¶ Si quedam linea arcualis ſit iuxta lineam menſa
lem infideles amicos oſtendit & cum difficultate habens illam 7
omnia acquirit. ¶ Sapientes omnes in unum conueniunt ꝙ po- 8
ſitus triangulus in quadrangulo arguit anguſtiā, inimicorum
& improſperitatem. niſi conus unius ſit ſupra conum alterius
ut in ſecundo libro cap, 19. ſecūdæ partis actum eſt. Sed ſi repe
riatur quidam quadrangulus ſignificat bonitatem in uno tem
pore & malum in alio, & ſi ſint ibi duo quadranguli ſupera-
bit bonum, & ſi erunt tres ſuperabit malum, & ſi quattuor ſu
perabit bonum, Si in Quadrangulo ſit triangulus conſtri- 9
ctus ex una parte a media naturali, & ex altera parte trian
gulus adueniens ex media linea, ſignificat mortales inimi-
cos. Et ſi tunc linea media tangit lineam uitalem ſupera-
bitur ab inimicis, ſi uero non tangit non ſuperabitur ab eis. Et ſi

prædictus triangulus non tangit Lineam Menſalem habe-
bit inimicos, ſed non mortales. Si media tangit lineam uitæ, ſu
10 perabitur. Et ſi nõ tangat, ſuperabit inimicos. ¶ Dixit Anthio
cus ꝙ triangulus ad modum pinaculi in quadrangulo, dome-
11 ſticos & familiares inimicos uidetur indicare. ¶ Quando in
monte manus ſunt quedam lineæ & ueniant ad percuſſionem
manus facientes angulum acutum, cuius initiũ ſit uerſus dor-
ſum manus, mortales inimicos oſtendunt. Et quot ſunt figuræ,
tot inimicitias denotat. Si autem lineæ facientes prædictam fi-
guram ueniant ex parte ſuperiori, ita ꝙ conus unius uadat ſu
per conum alterius figuræ, ut in pluribus locis in phyſonomia
noſtra dictum eſt. Iſte habebitur ſuperior inter inimicos, aut
erit eis equalis. Et ſm approximationem huius ad lineam mẽ
12 ſalem uel ad raſcettam, ſignificat inimicos priuatos. ¶ Di-
cunt recentiores & ego cum illis, ꝙ quando duæ lineæ oriun-
tur uerſus dorſum manus aſcendendo uerſus pinguedinem ma
nus & flectuntur uerſus raſcettam cauſando acutum angu-
lum, inimicitias plerunq; litigium cum conſanguineis aut af
finibus promittit, ut millies notaui, ſed ſi ſuper dictum angu-
lum fuerit una de illis lineis ualde extenſa, talis aduerſarium
ſuum uincet, & quot ſunt anguli, tot inimicitias aut litigia in
13 dicat. ¶ Si quedam lineæ rubeæ notabiles ueniant ex monte
manus & uadant ad menſalem, inimicos dicunt oſtendere, &
ſm numerum linearum & groſſitiem erit numerus & uigor
14 inimicorum. ¶ Si linea cardiaca habet inciſiones uel fractu-
ras uerſus montem policis, timorem, ſubiectiones, & inſidias
multas patietur. ¶ Dixit Coruus meus pictor chyromantiæ.
15 Quando cruces inueneris ſuper menſalem & ſit a rimula in-
terciſa, inimicitiam ſignificat, et quotquot fuerint totidem in
imicitias ſignificabit. At ſi fuerit interciſa & eius interciſio

oriatur a linea menſali, affinium ſuorum inimicitiam ſignifi-
cat. ¶ Puncta nigra in unguibus, perſecutiones & inimicitias 16
ſignificant, ut Aegyptii, Indi, Caldei, Græci, Arabes, ac deniq;
Latini affirmant. Cuius rei experientiam teſtor in diſpoſitis
ſubiectis. ¶ Martis quoq; poſitura quando non eſt debilis, ini-
micitias arguere teſtatur. ¶ Linea ſolaris ualde conglomera- 17
ta in aliqua manu, talis ſubiectus fugiat a longe iram & ini- 18
micitias principum, aut iudicum, aut prætorum. ¶ Linea ſa-
turnina oriens a raſcetta uel prope, & protenſa ad radices me 19
dii, inimicitias, & iacturas penitus promittit, præcipue ſi in
ſuo monticulo ſit protenſus ab exuberantibus lineis, præcipue
per totum periodum Saturni. ¶ Conglomeratio linearum in
monte Saturni, inimicitias & perſecutiones ſignificat tibi ſi re 20
cte cognoſces.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

IN hoc cap. circa. 3. ſignum ſciendum ꝙ tales li-
neæ debent eſſe aliquantulum eleuatæ quaſi aſcen-
dendo a parte inferiori per tranſuerſum uerſus
menſalem. ¶ Quo ad. 6. & 15. ſignum ꝙ idē
ſunt, & unum ex alio declaratur. Et talis interſecatio non de-
bet eſſe recta ut crux, ſed quaſi per tranſuerſum, & quo tales
cruces ſunt longiores, eo peius ſignificant. ¶ Quo ad. 16. ui-
deatis in chyromātia mea, ſecunda parte, cap. 3. ubi diffuſe ha
bentur omnia. ¶ Quo autē ad. 12. ſciendum, ꝙ quando tales
extendunt ſe etiam ultra primam unionem ita ꝙ alium angu
lum ex parte ſuperiori, ſignificat ꝙ ipſe ſuperabit ſuum ini-
micum, immo forte totaliter ruet ipſum, aut morte afficiet, ma
gis autem & minus ſm euidentiam talium linearum ſuper-
excedentium. Et ſic aduerte ꝙ hæc eſt propria & uera expo-
ſitio iſtarum linearum.

¶ Capitulum.cxxi.De cucullatis.

DE cucullatis nullam reperio obſeruationem fa-ctam apud chyromanticos, Dicūt quidam Aſtro-logi qui obſeruauerint cucullatam ſectam ꝙ re-ligioſi habent ut plurimum luminaria infortuna-ta.Et ſi ſciētias adipiſcuntur aſſerunt hoc procedere quia Mer-curius eſt in domo Martis, & qui tenent collum obliquum atq; oculos ſubmiſſos ut plurimum ſaturinam habent applicatio-nem.Si figura.B.fuerit in monte Iouis & ſi modicum colora-ta erit religioſus aut conuerſans cum ipſis uel erit homo hone-ſte uitæ & magnus. Si erit in Monte lunæ erit fortunatus & habebit cōſuetudinem cum religioſis, & forte erit religioſus. Iſtud ſignum arguit hominem de natura Lunæ puta tu de qua naturam eſt talis religioſus.Obſeruari uſq; ad hunc diem cu-cullatos habere lineam Saturninam protenſam atq; infortu-natam, & ita montem Iouis, tamen radiatum aliquotiens, & ſolem infortunatum plerunq; ex parte loci aut lineæ aut linea-rum, & angulus ſupremus infimus ſeu ſeparatus religionem indicat, & quanto religio eſt magis libera, tanto minus de lo-co Saturnus occupabit.Et Iupiter fortunatus & angulus ſu-premus acutus.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

HVic cap.ſatiſfactum fuit( ut reor )i ultimo ca-pit.2.partis meæ Chyromātiæ.Ex hoc autē in-ditio ualde coarctor firmiter credere ꝙ iſte Co-cles eēt homo malignus et ualde Beſtialiſſimus nullamq; noticiam in iſta ſciētia aut doctrinam ſiue cognitio-nem habuiſſe ſed ſolum prout ſcriptum ab aliis inuenerat ita de-cerpiſſe.Ignorās tamē uerborum ſignificata( ueluti picha lo-quorū )ſentētiam ſuā proferre.Aut etiam adeo uerſus Cucula-

tos maximo ideo afficiebatur ꝙ ueluti cecus omnem animum ac deſiderium ſuū in detractiōibus Cucullatorum occubabat. Quanuis ex ſua naturali propriaq; inclinatiōe nō niſi in maledictionibus ac iniuriis, uniuscuiuſq; cōditionis ac ſtatus uirorum & Mulierum illam maledicam linguam laxaret. Hoc autem dico nō quia exilliuſmodi colligatiōe perſtrigar ſed ut oībus patet quæ ipſius principalis uirtutus extiterit. ¶ Quo autem ad. I ſignum ubi dicit, ꝙ Figura. B. in loco lune malam cōplexionem aut naturam ſignificat, falſum eſt. Nulliuſq; chyromanticus hoc unq̄ poſuit. ¶ Quo autem ad. 2. ſignum omnia ſunt falule. Reliqua omnia que dicit, nequiſſima ſunt. Quamuis enim huiuſmodi genus nequam exiſteret, nullus tamē adeo maligniſſimus eſt, quin aſſerat eorum inſtituta per optima fore, et poſſibilia, immo Factibilia. ac laudabilia. Et ab ipſo deo optimo maximo ac de cauſa illos inſtituiſſe, ut nō humanum genus ad prophana pœnitus ꝓlabatur. Si qui autē mali ſunt ſeculari nequitia aſociante contingit. ¶ Id quod de angulo ſup. dicit falſum eſt.

¶ Cap. cxxii. De natura Saturni.

Qui ſunt de natura Saturni habēt multas lineas in digito medio pluſq̄ alibi, et ſpecialiter quando linea ꝓſperitas. i. ſaturnina oritur a raſcetta & extēditur per palmā uſq; ad hūc digitū recurre ad lib. 3. de phyſonomia & ꝓportionando ea quæ dixi in capitulo de Saturno plenæ cōſidera, & ſic ſpeculatio tua erit cōpleta, & ſimiliter fac de ſignis aliorum planetarum.

¶ Cap. cxxiii. De his qui ſunt de natura Iouis.

De Ioue ſunt qui habent lineas in radice indicis pulchras, & hoc intelligitur quando tuberculus eſt tumidus, clarus, nitidus, et latitudinales lineas habuerit, & ſpecialiter quādo una linea

pulchra oritur a medio montis aut prope angulum ſummum
& uadat ad prædicti digiti partes, hi tales cõditionati ſunt,
ut in lib. 3. de phyſonomia, in cap. Iouis patet.

¶ Cap. CXXIIII. de his qui ſunt de natura Martis.

1 DE Marte ſunt qui habent lineam uitæ & me-
diam naturalem coniunctas intenſo colore, non
intelligo quo ad coniunctionẽ linearũ, ſed quo
ad uniformitatem colorum, Verum eſt, ꝙ quã
habet duplicem cõiunctionem, eſt melior ac for
tunatior. Erunt audaces facientes omnia utilia quo ad ſe abſq;
pigritie, & ſunt prompti ad bella pro quottidianis. ¶ Alia in
telligere oportet, Si ſupremus angulus fuerit ualde ſeparatus
cum equali colore & intenſa rubedine ſunt de natura Martis,
& omnino peſſimæ naturæ, & magis infortunati quo ad om-
nia. Aliqui opinantur ꝙ hoc procedit habere in genituris appli
cationem Martis cum Saturno. Alii magis lucidi exprimenta
tores dicũt ꝙ Mercurius Marti applicatur, et iſtud mihi ma
2 gis, placet & cõſentaneũ uidetur. ¶ Triãgulus equilaterus, uel
non equilaterus cum lineis craſſis atq; rubeis, ſi menſalis ad
tuberculum Iouis deuenerit rubra ſeu liuida, naturam martia
lem nõ negat, ut in multis obſeruaui. ¶ Si linea epatica in cau
3 ſando triangulum & pede ſui equitat cardiacam uerſus mõ-
4 tem policis & in ipſo intrauerit, martialem naturam oſtẽdit.
¶ Linea menſalis craſſa, cõtinua, rubra: aut in fine liuida ex
tendẽs ſe uſq; ad medium indicis mõtem uel prope, martialem
atq; crudelem naturam denotat.

¶ Tricaßus Mantuanus.

¶ Quo ad ſignum. 3, huius cap. ſciẽdum ꝙ tale ſignũ falſum
eſt. Suum autem ſignificatum illud eſt quod ipſemet cap. 62.
ſcribit, ſigno. 5. ubi manifeſte ſibimet ipſi cõtradicit.

¶ Cap.CXXV.de his qui ſunt de natura Solis.

Qui ſunt de natiuitate ſolis, hoc eſt ille qui habuerit Solem almutem in ſua genitura, aut qui habuerit Solem in bono loco in ſua natiuitate, habet lineas ſubtiles in radice digiti ſolis plus q̃ alibi. Intellige ꝗ non etiam caret linea ſolari in mõte ſolis & tuberculo tumefacto & colorato. Hi erunt naturales inuentores & imitatores omnium operationum, & operãtur ea quæ nunq̃ dedicerunt nec audiuerunt.

¶ Cap.cxxvi.de his qui perdent in ſeruiendo aliis, & ſpecialiter amicis & proximis, ab extraneis honorabuntur, ideo patria ſua eſt eis inimicitia.

Qui habuerit lineas &c. in loco ſolis ut ſuperius dictum eſt, hic eſt inuẽtor artium & nunq̃ erit pauper. hoc eſt ſi radices eius non ſunt miſerrime. ut eſt mihi Cocliti, iſte talis perdet ſeruitia, & ſpecialiter quæ faciet amicis & proximis. ab extraneis tamen honorabitur. Ideo extraneis copuletur & ſeruit.

¶ Cap.cxxvii. Di his qui ſunt de natura ueneris.

Quicunq; habuerit uenerem dominam horoſcopi aut almutem ſuæ natiuitatis aut in bono loco habent tres lineas quæ uadunt uerſus digitum Iouis, & ex alia parte terminãtur cũ radice digiti Veneris, talis erit bonæ fortunæ abſq; cogitatiõe, & ſine cura pp bona, nõ cognoſcẽtes de ꝓpriis, delicate uiuẽtes ſine conſeruatione & ſine labore. Vidi iſtos ualde ueneteos habere ſubmerſum igenium ꝓpter res uenereas, quod habet bonũ diſcurſum, ſed tamen diſcurrendo lubricat, ita ꝗ Venus deportat Mercurium ad lupanaria.

¶ Cap,cxxviii. De his qui ſunt dulces, fortunati large expen-

dentes propter laſciuias,

Qui habuerit tres lineas uerſus digitũ Iouis, & ex alia parte terminẽtur cũ radice digiti ueneris et ſint in bono ſtatu. Nota tñ ꝙ iſti tales habent locũ Veneris tumidũ atq; lineatũ, rubeũ et clarũ, Tales ſunt ut ĩ rubrica huius cap. dictũ eſt. Oia tamẽ cõpenſanda ſunt in, 3. lib. phyſionomie noſtræ in capitulo de natura Veneris.

¶ Capitulum. cxxix. De natura Mercurii.

Qui ſunt de natura Mercurii. i. qui habẽt mercuriũ male diſpoſitũ. ſ. ad malos planetas applicatũ ut Saturnus & aliquãdo Mars, nõ habẽt ſimiles lineas ĩ digito Mercurii. i. nõ equales ad colores ſeu ad poſiturã ſeu colligantiã, que nõ ſunt apte ſed obſcure & partes clare non ad lucidã claritatẽ, ſed minus fuſce quo ad alia que ſunt magna fuſcedine aut obſcuritate. i. quedã corum ſunt obſcure quedã clare ſed nõ nimis clare. Hi erũt fures leuis fortunæ, hoc eſt qui aliquãdo leuiter ſublimantur a fortuna & leuiter deprimũtur. ſunt faſtidioſi. i. dure ceruicis, & cũ colloquiis oblongis, & iſtud accidit quia faciunt res occultas, & talis natura imitatur hypocritas, qui ſub ouinam pellem atq; blãdis uerbis uulpinas actiones atq; rabiem & aſtutiam loco & tempore diſtribuunt. Præcipue enim ĩ his noſtris temporibus, quædam ſpecies cucullatorum.

¶ Ca. cxxx. Alia declaratio de natura Mercurii ĩfortunata.

Sv prædicti tales ſic q̃ ſũt poſitiõati ut ſupra pʒ ſũt inordinati, cõcubinarii mẽdaces, expoliatores, ĩſidiatores, iniuſti, oĩ malo pleni ad maleficia parati. Hi. n. licet pluribus pœnis pluries ſũt dimiſſi, nõ tamẽ intẽdunt nec cõſiderãt, que euenire pote-

funt,ſed mouētur ad perpetranda mala abſq; ratione,ipſi in ſe neq; ſtabilitatem neq; fundamentū habebunt. & ſunt audaces ac ſtulti, & tales homines ſunt melancholici.

Capitulum.cxxxi.Sequitur declaratio Mercurii bene applicati ac bene diſpoſiti.

SI aūt lineæ quæ ſunt ī digito mercurii,ſint pulchre & clare rubedīs,erūt loquaces & muſicalia ſciētes.i.libēter loquētur de muſicalibus ſciētiis,ſermocinatores ingenioſi apti nati ad ariſmetricā facultatē & geometriā,erūt ēt augures & apti ad ꝓnoſticādū futura interpretādo per auguria & uaticinia tales ualde cupiēt laudē,cōponēt libros ad memoriam ſuam, ut declarēt ſcias,nō cupiēt pecuniā,nō ueſtes sūptuoſas aut pōpaticas. Sed ſolum attēdēt ad aliorū inſtructionē,nō cupient inanes & picti.ſed ueri doctrinarū cultores & docēdo & ratiocinando poſteris memoriā ſuā relinquēt. Erūt ſpeculatores & cōpoſitores rerū ſecretarū,curſum nature atq; cās idagātes. Si fuerint mechanici artifices in artibus ſuis ad ſūmā cognitionē & famā deueniēt. Nō erūt ſophiſticæ res ſue,ſed centrales ac permanentes ad ultimam perfectionem.

Cap.cxxxii. De natura Lunæ,

DE natura Lunæ mētionē nō facio quia tales ſūt parui ꝑcii & ꝓ nihilo habēdi. De ea tamē uide in.2.Chyromantiæ in ꝓprio ca. & in iſto tertio in pluribus locis aliqua tractantur.

Tricaſſus Mantuanus.

IN iſtis oībus cap.ubi de natura iꝑarū planetarū ptractaī,ſciēdū ꝙ oīa hæc nil aliud ſint ꝙ q̄dā uſ̄is cognitio ex qua unuſquiſq; cōſiderare p̄t qs ſit eorum modus iudicādi,et q̄uis q̄plura ſigna

afferat quæ & cõcurrere dicit ad naturã uniuscuiuſq; planetæ
attamẽ ſi cõtigerit (ut & ſemper ſic accidit, uel ut ĩpluribus)
ꝙ non omnia autem maiorpars inueniatur, ſignificat etiam ta
le naturam ſed non adeo intenſam ac ſi corũ multa ſimul inter
eſſent. Et hoc idem intelligẽdum eſt circa ipſorum planetarũ
proprietates. ¶ Hæc autẽ ſparſim adducta ſũt in ſuperioribus
capitulis q̃uis ipſe, adhuc quaſi abſq; omni propoſito reaſſu-
mat. ¶ Primum & quantum ſignum. Martis idem ſunt.

¶ Capitulũ. cxxxiii. De ſignis duræ ceruicis & ſuperbiæ atq;
ſimulationis & inſatiabilitatis.

QVi babet multas lineas in digito medio pluſq̃
alibi, & ſpecialiter quando ſoror lineæ uitæ ori
tur a raſcetta & extenditur per foueam uſq;
ad hunc digitum duram ceruicem oſtendit ſu-
perbiam & ſimulationem fuge ab iſtis ſicut
inimico, nam ſunt inſatiabiles & inexplebiles.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

IStudeſt idem ſignũ quod ſuperius expoſuit. cap.
122. loquendo de his qui ex natura Saturni. Et iõ
neceſſe eſt adinuicem eorum ſignificationes com
parare nam huiuſmodi effectus proueniunt ex
una & eadem qualitate improportionata.

¶ Cap. cxxxiiii. De his qui delectantur muſica & in laſciuia.

DIcunt a liqui. Q uando inueneris aliquem qui ha
bebat mõtem Veneris tumidum & altum niti-
dum atq; rotundum cũ pulchris lineis ſignifica
tur homo luxurioſus, ſed qui maxime muſica
delectetur & inſtrumentis muſicalibus. Si in digito Mercurii
ſunt lineæ pulchræ & claræ hominẽ ad muſicam inclinatũ de-
notat. Angulus ſupremus ſi ſit in magna diſtantia linearum et

cũ hoc cutis lineis.i.ſubtilis & ſine lineis aut uirgulis aut ru-
gis,inclinationem ad cantum & inſtrumenta muſicalia pro-
pter luxuriam & laſciuiã nonnulli dicunt ſignificare.

¶ Capitulum.cxxxv.De his qui ſunt audaces in periculis et᷒ be
ne morrigerati naturaliter,

Qui habet lineas in radice indicis pulchras & ſpecialiter quando unica linea naturaliter oria-
tur a medio montis aut prope angulum ſupre-
mum & uadat ad digitum ,hi tales ſunt bene
morigerati & audaces in periculis.Videas in.3. lib.phyſono-
miæ in ca.Iouis proprtionãdo ſigna ad inuicem.

¶ Capitulum.cxxxvi.de his qui ſunt miſericordes & ueridi
ci,& qui libenter dant elemoſinas.

Qui in radicæ indicis lineas ſupernotatas ha-
bent cum bona mõtis conditione & liniamen-
tis,hi tales ſunt miſericordes ueredici & ele-
moſinarum largitores aſpicias radices in pri
mo noſtræ anaſtaſis ad ſigna quæ narrantur
in cap.de miſericordibus et hic applica,quia uſq; ad quintam
eſſentiam penetrabis.

¶ Cap,cxxxvii.de his qui delectantur riſu moderato cũ mul
titudine uerborum.& coitu congruo.

Qui habuerit iouiales lineas in radicæ indicis ſicuti
in præcedentibus capitulis dictum eſt gaudent riſu
& multitudine loquutionis & coitu cõgruo tamẽ.
Perlege capitulũ de natura Iouis in tertio Anaſtaſis & hic ac-
cõmoda.Si uis altius aſcendere tum tuis ſpeculationibus,

¶ Tricaſſus Mantuanus.

¶ Sciendum ꝙ iſta tria cap.ſupra poſita nil aliud ſunt q̃ illa
eadẽſigna ſuperius poſita in cap.123.Vnde qui utraq; intelli-

gere deſiderat utraq; conſideret & utrorūq; effectus adinuicem cōponat, prout talia ſigna magis apparent.

¶Cap.cxxxviii. De ſignis carceris & patibuli.

QVādo inueneris lineā īter indicē & Mediū quæ naſcitur & curuata ſit ad Mediū, ſignificat ꝓpriū carceris īgreſſum. At ſi mēſalē tēderit haud ꝓprium ſignificabit, ſed ſi exigua linea ab īdice naſcēte fuerit, interciſa eam rimulam carcerem impedire ſignificat. & egreſſum ex ipſo carcere, ut dicunt aliqui
2 Chyromantici. ¶ Si plures lineæ ueniant menſali & extendat ſe ad radicem digiti medii, labores, anguſtias & afflictiones oſtendunt. & talis ſuſtinebit multotiens uincula & capturas. & ſi tales lineæ ſint quaſi nigre tormēta notant. & ſi tales lineæ ueniant a concauo manus ſecantes menſalem ad radicem medii & finiatur ultra iuncturam. ſi dux uel rex totius
3 mundi fuerit, in uinculis morietur. ¶ Si prima iunctura policis habet unam lineam continuam quæ circuat digitum arguit carceres periculoſos. Similem ſententiā atteſtatur, ſi una linea ſit in parte domeſtica digiti policis inter primam & ſecundam iuncturam. & quot lineæ reperiuntur tot ſunt carce-
4 res ſeu captiones, ut milies notaui. ¶ Angulus ſupremus infimus carceres arguit. Angulus ſupremus ualde ſeparatus mul
5 totiens carcerem denotat. ¶ Scala uel craticula in tuberculo Saturni inducit hominem aliquando diu permanere in car-
6 cere ſignificat & aliquando in carcere perire. ¶ Mons Saturni depreſſus atq; pallidus & infortunatus, ſubterraneū carce
7 rem minatur ut notaui. ¶ Linea Saturnina a raſcetta ad radicem Saturni tendens, carcerem pronunciat, intenſiue quando in tuberculo Saturni conglomeratis lineis reperitur in fun
8 do ſeu pede turris, talis carceratur. ¶ Cingulus Veneris pro-

tenſus continuus ſcindens lineam principum carcerem pericu loſum denotat ratione uitiorum aut principum diiudicat. ¶ Puncta nigra in unguibus multotiẽs carcerem ingredi denotat ſi proportio correſpondet. ¶ Tricaſſus Mantuanus.

Notandũ eſt quo ad ſeptimum, ꝙ iſtud ſignũ ẽ 19.120. capituli & habent eundem effectum. ¶ Signum autem octauum nõ ſemper carcerem ſignificat, ſed etiã aliquãdo ruinam ſiue amiſſioné amicorũ propria iniquitate. ¶ Quo ad nonũ ſciẽdũ ꝙ potius oſtendit maximas curas ſeu faſtidia in ſola opinione habere, q̃ ꝙ in effectu ſequatur.

¶ Capitulum, cxxxix. De his qui ſunt proni ad cytharizandum & organizandum.

Valde utilis formica dixit, ſi quis habet tabulã in manu latã & digitos lõgos & graciles talis eſt ſubtilis in opere naturali & eſt diſpoſitus ad cytharizandum & organizandum, ut dicunt chyromantici. ¶ Dicunt homines ĩgenioſi arguẽdo ꝙ Ariſtoteles dicit in phyſionomia metaphorica. quecũq; paſſiones factæ aĩæ nõ in aliquo permutãt ſigna quæ ſunt in corpore quibus phyſionomon nõ erunt utiq; huius cognitionis arti, ut qui ſunt circa operationes uel opiniones & ſciẽtias. Medicum enim cythariſtam non contingit cognoſcere nec adiſcentem aliquam diſciplinam. Nõ enim permutatus eſt aliquis in his quibus utitur phyſionomus. Quomodo nõ ſit circa omnia, ſed circa in quibus manſura ſigna accipiuntur. Idem ſentit Auerroys ſecundo priorum dicens notum eſt ꝙ accidens non naturalia nõ faciunt ueſtigium niſi in anima, ſicut ſi quis ſciat artem muſicã habet ueſtigiũ in aĩa, ſed nõ habet ueſtigiũ ex ea ĩ corpore. Idẽ ſentit primo cãticorũ. cõmento. 31. dũ dixit. In-

poßibile eſt cognoſcere proprietates per modum ſyllogiſticum niſi ſciremus præciſe quantitates elementorum in quolibet entium, & niſi etiam ſciremus operationem egrediente a quali-bet proportione generata in quolibet ſm quantitates elementorum in eis exiſtentium, hoc autem nobis eſt ignotum, neq; poſſibile eſt inueniri ab homine cum ſit infinitum & fine carens. ¶ Ad oppoſitam partem ſunt aſtronomi qui aſtra conſiderantes predicūt aliquem futurum medicum aliquem cytharistam, aliquem aurifabrum, & ſic poteſt dici de aliis ſm diuerſitatem figurarum & diuerſum curſum aſtrorum. & ēt Almanſor libro ſecundo dat ſigna philoſophi, & Conciliator. Ad hoc autem reſpondet eximius Commentator phyſionomiæ Ariſtotelis Gulielmus nutrice, q̄ per ſigna phyſionomie non poſſumus cognoſcere habitum alicuius ſcientiæ uel artis exiſtentem in aliquo ſm actum. ſed per ſigna phyſionomiæ poſſumus cognoſcere aliquem ex naturali aptitudine ad aliquam ſcientiam uel artem diſpoſitum, & quia aptitudo naturalis ad aliquid poteſt multipliciter impediri. unde per ſigna phyſionomiæ arguere poſſumus naturalem aptitudinem & non actum & exiſtentiam actualem, multi enim inueniuntur ad ſcientias apti qui ſunt bene intelligentes & ſubtiles, qui tamen artifices non ſunt facti. Poſſumus etiam cognoſcere ad aliquam ſcientiam uel artem aliquem aptum natum, & hoc utebantur priſci phyſionomi in pueris ciuitatum, & oſtendebant eos qui eſſent apti ad aliquas artes & qui non, & idem de ſcientiis indicabant, & ſic illi inſtruebantur expenſis ciuitatis uel amicorum & cognatorum, & ita deberent rectores ciuitatum facere pro honore & utilitate patriæ.

## ¶ Capitulum, cxl. De his qui uiolant pueros & religioſos.

Quando

Menſalis quando erit cum exigua foſſicula in dia metro, uel circa in minimo digito, hominem re-ligioſorum uiolatorem, atq; puerorum ſignifi care uidetur.

¶Cap. CXLI. de ſignis diſcordiæ fratrum, con ſobrinorum, ſeu fratrum uxoris, uel matris.

Coruus noſter pictor chyromantiæ dixit. Quan do inueneris binas rimulas ſupra uitæ lineam ia centes inter poliam & ſalutarem uerſus ſilue-ſtrem partem, cum proximis et cognatis diſcor diam ſignificat, ut ſunt fratres & conſobrini, aut uxoris, fratris, uel matris.

¶Cap. CXLII. de ſignis letitiæ, probitatis, & modeſtiæ.

Nigerrimus Coruus dixit. Quãdo inueneris ma num parum longiuſculam ſintq; digiti craſſiuſ culi, hominem ſignificat, lætum, tardum, pigrũ & flegmaticæ complexionis, uir tamen eſt pro bus, & modeſtiſſimus. O Corue quando ſcripſi-ſti iſta tu debebas eſſe occupatus circa aliquam putridam car nem. O arbor ſine radice, tu non ſcis q lętum eſſe procedit a cõ plexione ſanguinea, tarditas atq; ignauia a flegmatica com-plexione, probitas atq; modeſtia procedit a bono diſcurſu atq; bonitate complexionis, craſſiunculi digiti ab inordinata mate-ria. O caput uacuum uade & diſce quæ neſcis, poſtea ſcribe, sũ ma debere affici uerecundia ſcribendo fabulas.

¶Tricaſſus Mantuanus.

Tanta eſt malignitas iſtius fatui q (ex maxima affectione quam in aliorum iniuriis obſeruat) ue luti Sus immundus, cum in quocunq; uiridario, aut uirtutum pomeris ingreditur, omni florum

ac herbarum ſpreta ſuauitate grunium ac dentes ad ima decli nat, omnia queq; pulchra ac amena conculcans. Clara namq; luce unuſquiſq; comprehēdi poteſt quantis obrobriis iſtum pau perimum Coruum maledicat (licet iniuſte) propter talem ex-poſitionem. Nempe neq; contra quemq; uiliſſimū ac peſſimum hominem liceret talia proferre. Et ut melius ſuam malignita-tem obumbret, ueram expoſitionem talium ſignorum cōticuit. Etenim ex neceſſitate cogebatur ueram Corui intentionem ac ꝓ prium ſenſum exponere. ¶ Vt autem omnia clare percipiatis, ſciendum ꝙ omnis ius ac ratio Coclitis uerſatur ſuper hoc no men quod in expoſitione Corui inuenitur. ſ. lætum, & deberet dicere lentum. Nunc igitur quis tam fatuus eſſet ac demens & ſine ingenio qui non perpendiſſent hoc ex defectu ſcriptoris aut Impreſſoris proueniſſe, qui lætum pro lentū poſuerit. Quis tam rudis, ignarus, & maliuolus qui talem dictionem ſm ꝓ prium ſenſum non interpretaſſet. Et maxime propter illa ſyno-nima que ſequuntur. Dicit enim, ſignificat lætum, tardum, pi grum, & flegmaticæ complexionis, que omnia ſunt unius ac eiuſdem ſignificationis. ſ. eſſe lentum, pigrum, & tardum. Et pigrum, & tardum, & lentum. Et adhuc tale ſignum. ſ. ma-nus carnoſa & aliquantulum longa ſignificat naturam ac cō plexionem frigidam & aliquantulum temperatam. Vnde ex hoc ſequitur ꝙ talis nō ſimpliciter exercetur in iniquitatibus, ſed ueluti refrenatus a propriis paſſionibus abſtinet & in bo-nis operibus occupatur. ¶ Titulus quoq; iſtius cap. falſe ap-poſitum eſt ab ipſo Cocle omnium linguarum malignarum peſ ſima. Non enim uult dicere de ſignis læticiæ & probitatis, ſed debet ſic ſcribi. De ſignis probitatis modeſtiæ ac hominis ca-tholici. Et ideo debemus dicere rationem ſuam cōtra Coruum falſiſſimam eſſe.

¶ Capitulum. CXLIII. de ſignis illorum qui nihil cogitant, atq; guloſi ſunt.

QVando inuenietur linea menſalis quæ in fine, aut prope ipſam diuidatur, duoſq; efficiat ramos, unum ad digitum indicem, alterum ad medium, hominem ſignificat nihil cogitantem & guloſum.

¶ Capitulum. CXLIIII. de ſignis hominum beſtialium & eorum qui ſunt duræ ceruicis & qui manent in mortis periculo, & cum matre, aut patre, aut uxore diſcordiam habebũt, et ob eam cauſam ad ultimã declarationem hoiem inducet.

Recentiores dicunt, quando linea uitæ & menſalis coniunguntur faciuntq; angulum, & ibi non ſit media naturalis, duræ ceruicis hominem ſignificat, beſtialemq;, & ſibi mortis periculum imminere, & præcipue uſq; ad trigeſimum annum, & cum patre, aut cum matre, aut uxore diſcordiam habebit, & ob eam cauſam ultimam deſperationem incurret.

¶ Cap. CXLV. de animi paſſione.

DIxit ille Coruus & aliqui Moderni, Quando inueneris aliquem loquentem cum aliquibus & cõſueuit percutere manus, adeo q̃ ab hoc non potest ſe continere, talis habebit animum imperfectum & paſſionibus obnoxium. Et hoc ipſum adeo faciet, quia opinatur animi paſſionem qua affligetur a ſe & ab aliis non credetur, eſt tamen probus uir & amicorum ſtudioſiſſimus, hoc tamen ego non aſſero, rationes nõ adducam gratia breuitatis.

¶ Cap. CXLVI, de liberalitate & dãno ex nimia credulitate, & de hoie catholico quiq; deum timeat et iuſtitiam colat.

COruus in ſua picta chyromantia dixit. Quan
do menſa manus latior fuerit & ſpatioſior, ho
minem ſignificat liberalem, damnumq; nimia
credulitate paſſurum. Quando fuerit media bi
furcata, hominem catholicum ſignificat & li
beralem, quiq; deum timeat & iuſtitiam colat. O Corue ual
de niger parum ſpeculaſti cum tuis picturis, atq; obliquis,
theoricisq; practicis. Ille quem tu appellas catholicum debet
dici diabolicus. Quia omnes illuſtres antiqui, atq; recentiores
dicunt, ꝙ talis biſurcatio ſignificat hypocriſiam, atq; uulpes
ſub ouina pelle latentes. Tu dicis ꝙ latitudo menſæ manus ar
guit nimiam credulitatem. Credulitas nimia ignorantia atq;
ingenii hebetudinem arguit. Credulitas ſignificat malitiam
intelligentiæ. Sed temperata eſt magis cōueniens, ut dicit Hyp
pocras in libro ſecretorum. ¶ Media ſi biſurcata fuerit, ani
mum duplicatum atq; latentem denotat: & per experientiam
hæc omnia magis certificant, ut inferius tractabimus in cap.
de ſignis hypocriſiæ.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

VT ſapiens eccleſiaſticus aſſerit. Stultis quidem re
ſponſio neganda eſt, ne ſimiles ipſis uideātur. At
tamen & eorum rationibus reſpondendum eſt,
ne ſe autumnent eſſe ſapiētes. ¶ Noſter itaq; Co
cles in hoc cap. frendit, rudit, multiſq; oblatratio
nibus ſtrepit, Omnia autem hæc abſq; propoſito aut occaſione
aliqua. Nam in. 2. ſigno magnopere arguit Coruum, dicens, ex
poſitionem ſuam non ueridicā exiſtere. ſ. ꝙ naturalis biſurca
ta hominem catholicum ſignificet, immo dicit diabolicum ho
minem ſignificare. Hoc autem probat auctoritate antiquorū,
ac modernorum (ut ipſe aſſerit, licet falſo) qui dicunt ꝙ talis

linea ſignificat hypocriſiam & animum celatum. ¶Vellem
igitur ab eo ſcire quid ſibi imaginatio ſignificare afferat hoc
qđ hypocriſia dicit. An fortaſſis imaginare uelit hoc qđ dico
hypocriſia ſignificare uelle illos cucullatos qui calces ac ſoleas
minimine ligneo ſtruunt. Aut quid aliud imaginari uult. For-
taſſis ne homines ſibi ſimilimos hypocriſiam uocari exiſti-
mat. ſ. homines iniquos, peßimos, blaſphemos, luxurioſos, ſu-
ſurrones, detractores, homines inquam qui ipſi Deo & Chri-
ſto Ieſu maledicerent. Et ut reor ni timor cucullatorum ſibi fre-
num impoſuiſſet, & ipſi Deo ac Sanctis iniquius oblatraſſet q̄
ipſis cucullatis. Et ni fallor ipſe Cocles non adeo ignarus erat,
quin Deum ipſum ſolummodo hominum corda ſcrutari crede-
ret. Bonarum autem operationum nõ niſi bona dicere ualemus.
Vnde & in his omnibus iudicandum eſt in caput ſuum menti-
ri. ¶Vt autem habeatis noticiam ac propriam ſignificatio-
nem talis ſigni, Sciendum ꝙ hypocriſia nil aliud ſignificat q̄
ſimulatio, ſiue fictio. Hoc autem uocabulũ. ſ. ſimulatio eſt quod-
dam nomen uniuerſale ad bonum & ad malum. Et ideo quan-
docunq; inuenitur naturalis ꝙ ſit bifurcata in fine, ſignificat
hominem ſimulatorem & ſecrete multa operantem, & eo ma-
gis quo operationes ille male ſint & contra Deum aut proxi-
mum. Attamen iſta ſimulatio non eſt ut cauſa principalis in ta-
li operatione, ſed tantum ꝑut eſt inhoneſta aut non manifeſtan-
da, Iſti autem non adeo ſunt maligni ꝙ merito dici poſſint ho-
mines diabolici, quoniam non ꝑpter hoc ſunt ad malum aut ad
tales operationes malas prompti, immo cõiter illi qui habent
talem lineam naturalem bifurcatam ſunt aliqualiter coloris
citrini, qui & aliqualem dominium ſignificat ipſius caloris
naturalis ſuper humores lubricos & aquoſos cum aliquali fri-
giditate et humiditate, que quidem complexio ſignificat ali-

qualiter refrenari in ſuis deſideriis de paſſionibus propriis, amatoreſq; eſſe honoris proprii, ſed tamen cum aliquali titillatione carnis ac laſciuia. Ex quo ſequitur ꝙ in ſuis operationibus ſunt ſecreti & ſimulatores ſiue hypocritas, et etiam iſti tales ſunt multum reducibiles ad cognitionem proprii honoris, facilimeq; ad Deum reducuntur. Et iſta eſt ratio & fundamentum Corui, quamuis (& melius) ipſe Coruus propria experientia hoc approbet, ſicuti & ego in pluribus uerum reperi. Et quamuis iſti in ſua iuuentute diſcole fuerint, attamen facilime mutantur ad bonum. ¶ Verum autem ſi tale ſignum in mulierem reperiatur, peius eſt cauſam autem talẽ eſt pluribus de cauſis. ¶ Similiter ſi inueniretur in aliquo qui eſſet ſanguineæ complexionis, aut flegmaticæ, ſiue etiam frigidæ & ſiccæ. Tunc namq; infidelitatem præſtat, luxurioſum quoq;. niſi forte uideretur eſſe frigidæ & ſiccæ, aut etiam calidæ & ſiccæ complexionis, eo ꝙ eſſet extenuatus propter iuuentutem, aut infirmitatem. ¶ Quantæ autem falſitatis ſit expoſitio Coelitis quam cõtra Coruũ adducit, quãtũcũq; uera ſit expoſitio mea contra ipſum Coelitem, facilime dinoſci poteſt ex his que ab eo adducuntur in hoc libro, capitulo. 217. & maxime tertio ſigno, & libro. 2. capitulo. 7. ſecundæ partis, ſigno. 8. ubi maximam in ſeipſo oſtendit contradictionem. ¶ Quo ad primum ſignum ubi etiam Coruum diffamat, ſciendum ꝙ omnia inania ſunt & nullius momenti quo ad contradictionem ipſius Corui, immo ex hoc confirmatur ſententia Corui. ¶ Notandum autem ꝙ titulus huius capituli. 146. falſus eſt, & iſta ſigna nullo modo ſimul conueniunt: Ignorantia autem ac inſipientia Coelitis noſtri omnia ſimul admiſcet, immo potius confundit, & nec ſigna, nec eorum ſignificata intellexit.

¶ Cap. CXLVII. de his qui a fortuna adiuuantur, & qui res,

acquirunt proprio labore.

MEnſalis quando ramum unum indicem uerſus habebit & alium uerſus medium fueritq; obtuſa, hominē a fortuna adiuuandum ſignificat, et qui res labore quoq; proprio comparabit.

¶Cap.CXLVIII.de ſignis eorum qui libenter litigant.

MEnſal s quando inuenietur quæ finiat in tribus locis. ſ itra minimum & anularem, & alius ramus uadat inter anularem & medium. Tertius uero ramus ingrediatur inter indicem & mediū, hominem litigioſum dicit Coruus oſtendere, quod ſi fuerint pallidæ minuunt ſignificatum. Quando autem boni fuerint coloris, talem effectum demonſtrabunt.

¶Cap.CXLIX.de hominibus eccleſiaſticis et longæuis, & de his qui ex clericatu bona multa habebunt.

MEnſalis quando duos ramos effeciet unum in medio mōtis indicis & alium ad uitam, hominem ſignificat eccleſiaſticum, longæuum, et qui ex clericatu bona multa habebit, ut aiunt.

¶Cap.CL.de honoris priuatione, & de carceris aduerſitate

QVando inueneris lineam ſemicircularem quæ 1
inter medium & indicem incipiat deſinatq; inter minimum et anularem honorum lineam ſecet, quæ ab antiquioribus cingulus Veneris uocatur, honorum priuationem ſignificat & aduerſitates, præcipue carceris, oēs oratos uolo, ut nullus de iſtis confidat, quia ſunt malefici, ut inferius dicemus in pluribus locis. ¶Si iuxta lineam uitæ talia ſigna apparuerint. T.V.R. di 2
gnitatum & diuitiarum amiſſionem cum timore dicunt oſtēdere. ¶Si angulus ſupremus ſit in infima parte, timendum 3

4 eſt de dignitatis & diuitiarum amiſſione. ¶ Si linea principũ uel ſolis ſit infortunata dignitatum & diuitiarum priuationem oſtẽdit a calumnias aut ratione principis carcerem.

¶ Tricaſſius Mantuanus.

QVo ad primum ſignum huius capituli ſciẽdum ꝙ quãdocũq; reperitur iſta linea ſiue Cingulus Veneris (aut ſit integra aut diſcõtinua) in Mõte Solis aut ſaturni ſemper ſignificat impedimentum in his quæ ſunt ex bona fortuna talis planete in cuius Monte reperitur. Et quãdo talis linea ſiue Cingulus eſſet duplicatus in tali monte eo magis impedimẽtũ præſtaret. Et iſtud etiam eſt ſignum. 8. capituli. 138.

¶ Capitulum. cli. De nece. uiolenta.

1 MAnus curua in longitudine uiolẽtæ mortis dicũt
eſſe ſignum. ¶ Linea digeſtionis ſeu iecoralis
2 ſi uerſus brachium fuerit furcata. Illuſtris ca-
terua chyromanticorum uiolẽtam neceſſe dicũt
hanc poſitionem ſignificare, in utroq; ſexu hoc
euenire aliqui putãt alii in mulieribus tantum, Alii ſcribũt hoc
3 accidere in uiris ratione furti. ¶ Moderni dicunt & præcipue
auctor pictæ chyromãtiæ. ſ. coruus noſter. Quando inueneris li
neam, quæ oritur a cardiaca & uadit uerſus medium & diui
det menſalem miſerabilem mortem ob ſua fortaſſe facinora ſi-
4 gnificabit. quod ego pœnitus nego. ¶ Linea mẽſalis cõiuncta li
neæ uitæ adeo ꝙ angulus fiat ex ea, & ibi non ſit media natu-
ralis ſignificant hominem illico uel ex improuiſo decapitandũ
5 ſeu fortiter & grauiter uulnerandum. ¶ Linea exiẽs a mẽſali
in fine ſurſum aſcẽdens inter indicem & medium hominẽ pro-
6 pter uulnera fortaſſe moriturum indicat. ¶ Si in fine lineæ mẽ
ſalis uel circa qui locus dicitur molle finis uel ictus palmæ, ali-

qua tranſuerſa linea uel lineæ interſecantes uel terminantes eã fuerint, & ſint longe ſignificant habentem talem poſituram mori morte uiolenta etiam ſi ſint ut crux ut tenet Vgo.

¶Tricaſſus Mantuanus.

¶In hoc cap. circa. 4, ſignum. Not. eſt ꝙ iſtud eſt illud met ſignum quod etiam ponitur in cap. 144. Et ideo oportet obſeruare proportionẽ quã ſeruat uitalis in cõtinuatione et lõgitudine.

¶Capitulum. clii. De his qui alios ad carceres compellunt.

DIxit nigerrimus coruus. Quando inueneris quãdam lineam exiguam, quæ inter medium & indicem oriatur, indicem uerſus, hominem alios in carcerem compulſurum ſignificat.

¶Tricaſſus Mantuanus.

PRprium ſignificatum huius lineæ eſt habere Dominationem ſiue curam gerere ſuper alios, & aliis ſuperior haberi. Et iſte Cocles fatuus neſcit quid loquatur. Verum etenim eſt potius ſignum officii ꝗ Dignitates.

¶Cap. cliii. De his qui amittunt paternas facultates, aut exulant a patria, & cum affinibus litigãt nõ propria tamẽ culpa.

DIxit Coruus quando inuenietur angulus ſummus ualde apertus, & tres lineæ orientes a cardiaca & mediam tãgẽtes, & ꝙ cauſent uerſus mediam naturalem angulum acutum, paternã facultatem amiſurum ſignificant aut hominẽ exulare. & cum affinibus litgare, nõ tamen propria culpa nam eſt talis cui lites & diſcordie diſplicẽant. ¶Item angulus ſupremus ſeparatus. ex quacumq; cognitiõe amiſſionem hereditatis paterne & litigia cum affinibus uel conſanguineis dicunt ſignificare.

¶ Cap.cliiii. De ſignis lucri & de fabricandi deſiderio.

QVādo inueneris ramum a mēſali abcūtem & ad medium accedētē, & ſi in capite mēſalis fuerit rami extēſi ad ſuperiorem partē lucra ſignificantur, & fabricādi deſideriū, quod ex ſe tamē facere nō poterit niſi ab aliis adiuuetur, uel pro aliis id efficiet & non pro ſe ratione anguſtiarum & laborum.

¶ Cap.clv. De morte uiolēta cauſa ſuarum diuitiarū, & de eo qui iniuſte damnatur paterne hereditatis gratia.

QVādo inueneris lineā quæ oriatur a media naturali per mēſam manus ſecādo mēſalē & diametraliter tēdat ad radicē infamis & in quadrāgulo ab una linea ſecatur ut crux, uiolētā ſignificat mortē diuitiarū ſuarū cā, uel eū qui iniuſte dānatur paterne hereditatis cauſa.

¶ Cap.clvi. De ſignis probitatis.

DIxit Coruus noſter pictor chyromātiæ. Quādo inueneris hominē qui manus ſupra zonā uel in ſinu tenere ſoleat, aut aliquando ad zonam aut poſt terga, ac ſi eſſent ligatæ aut ſub zona aut ante aut retro ſpaciādo. Hoc adeo probus ē, ut nihil melius dici queat. Ego neſcio unde talem ſententiā hic extraxerit, illi qui ita ſunt figurati potius oſtendunt ſuperbiā & inanē gloriam & ambitionem, & deſiderium regnādi ſeu dominandi.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

REgula uniuerſalis eſt in hac ſciētia, ꝙ nō ex uno particulari ſigno nullus iudicatur ſed ex pluribus ſimul illi autem qui ſunt ſuperbi non ſolummodo Manus ſuper corrigias retinent uerumetiam uadunt erecta ceruice ac capite eleuato. Dorſumq; uidentur quodamodo curuum habere. Hi autem

qui ſunt homines graui ac maturi nõ ſolum manus ſuper corigiam tenent, uerumetiam & caput retinentur inclinatum. & in aſpectu ſunt humiles atq; benigni. Nec ſolũmodo Caput humile ferũt ſed & oculos aliquantulum depreſſos oſtẽdunt Labraq; non ſunt aſinina ſeu eminẽtia. Nec proteruiam aut ambitionem in ſemetipſos oſtẽtitãt. Ex huiuſmodi autẽ loquitur Coruus quorum quidem nullam penitus ipſe Cocles cognitionẽ habuit. Et ideo non mirum eſt ſi ipſi Coruo contradicit.

¶ Cap. clvii. De ſignis deceptorũ malicioſorũ atq; cauiſatorũ.

ANgulus ſiniſter quãdo ſcilicet ille qui cauſatur e media naturali & baſi triãguli fuerit protẽſus et acutus deceptorẽ malicioſũ et cauillatorẽ ſignificat, quiq; libẽter litibus delectetur cũ cognatis & aliis hoibus, ut aiũt quidã. ¶ Tricaſſ. Mãt.

QVo ad primum ſignum huius cap. ſciendum quod talis angulus non multũ ſe extendit uerſus montem manus talis autem elongatio & acuitas, cauſatur propter tortuoſitatem ipſius Epaticæ magiſ quam ex alio aliquo accidente. Naturalis autẽ ipſa eſt quaſi per tranſuerſum Palmæ, per directum ipſius palmæ.

¶ Capitulum, clviii. De his qui improbi ſunt & uitioſi atq; male ſocietatis & qui laſciuiis utuntur & poſtea remittũtur aliquantulum & faciunt tandẽ bonum exitum.

Angulus ſummus quãdo fuerit ſeparatus atq; multis lineis oppreſſus ut in forma rethis hominem ſignificat qui laſciuiis utitur, & malam ſocietatem exercet ſed exitus eſt bonus & fœlix ſi in fine rethis erit ut crux hominis malitiam diminuit.

¶ Capitulum. clix. De ſuperbis atq; iniquis hominibus ſagacibus & laborioſis in ſuis negociis.

ALiqui dicunt. Quando triangulus ſit paruus, & bona proportione diſpoſitus hominem ſignificat ſuperbum iniquitate plenum auarum ſagacē lingua celerem, & non nihil rebus inopem, & laborioſum in multis negociis cum tedio, & labore niſi ab aliis lineis adiuuaretur, & hoc tenet etiam ille niger Coruus.

¶ Cap. clx. de ſignis improbitatis & detractionis & de his qui dabunt cauſam effundendi ſanguinis.

ILluſtres dicunt in hac arte moderni. Quãdo angulus ſummus fuerit in medio cum quattuor lineis ſe interſecantibus ut crux unica tantum, arguit hominem diſcordem & ualde improbum. cuius uerba & detractiones effundēdi ſanguinē cauſam præſtabunt. ut etiam coruo placuit.

¶ Capitulum. clxi. De his qui ſunt timidi auari, & ſine ratione & carcerē, periculoſum patientur, & fortaſſe ſubito perdent caput aut aliquot aliud membrum.

COruus ualde niger dixit. Quando linea proſperitatis hoc eſt ſaturnina īcipit a raſcetta & per caueam ad radicem medii ſe porrexerit continua & bene cōditionata. & media naturalis ſit breuis ita ꝙ non tangat ſaturninam lineam. Timidum auarū ſine ratione ſignificat hominem. quicunq; ſit in carcerem cōiiciendus & ad uitæ periculum expoſitus, & periculum incurreret ne a iudicibus pœna ſanguinis damnetur. Deniq; capitis pœnam incurrere erit in periculo, aut ui iuſtitiæ aliquod perdet membrum, hoc tamen nunq̃ uidi & neſcio unde extraxerit.

¶ Cap. clxii, De his qui ſunt dure ceruicis atq; periculum nullum exiſtimant, & damnum patiuntur.

Mediam mēſalis quando attingerit magnum dā num in diuitiis ſignificat aduerſitatem præſertim ſi alios ramos non efficerit, & dure ceruicis hominem, quiq; per periculum nullū conſideret ut coruus noſter pingit.

Capitulum.clxiii. De his qui ex corpore ſuo ſpargunt ſanguinem cum periculo,

Linea capitis quādo tēdit ad menſalem hominē ſignificat ſuum ſanguinem ſparſurum, & erit maledicus, neq; aberit a periculo mortis ſibi inferende ut moderni ſcribunt & etiam Coruus.

Cap.clxiiii. de his qui ſemper manent cum periculo, adeo ꝙ uitam cum morte permutare cupiant.

Quando menſalis cum uitali linea & media naturali nec non baſis trianguli ad menſalem deuenerit, & ſint dicte quattuor lineæ cōiunctc ſe re in angulo ī Veneris tuberculo magnum homini periculum imminere ſignificāt, ut cum uita mortem commutare cupiat ſicut aiunt moderni.

Capitulum.clxv. De his qui cum matre iraſcūtur & de ea cauſa euenit ſanguinis effuſio.

Quando quattuor lineæ rubeæ ualde ſecāt mediā naturalem hominem cum matre iraſci. ſignificat & ea cauſa ſanguinis futuram effuſionem. Sed ſi dicta ſigna pallida fuerint, non ſortitur effectum. Hic quoq; erit iracundus et ſubitus ut moderni ſcribunt & ſentiunt.

Capitulum.clxvi. De his qui habent infidos amicos & ipſi ſunt probi atq; fideles.

QVando duæ lineæ egrediuntur a raſcetta & obliquantur uerſus montem manus amicos fidem nō habere indicāt, ipſum uero probum fidelem & morigeratum, itaq; cum ignotis hominibus nō ineat ſocietatē ut aliquibus placuit.

¶ Capitulum.clxvii. De his qui capiuntur & ui ponuntur ad nauigandum.

VNa linea quādo egreditur a raſcetta, & fuerit craſſa atq; continua & obliquatur per montem manus uerſus percuſſionem hominem iturū in ſeruitutē ſignificat, et ad nauigationē ui cogendum, et maiori tēpore uitæ ſue futurum ſeruū Coruus noſter Chyromāticus pictor ſentire uidetur.

¶ Capitulum.clxviii. De his qui frequenter in lucro uerſantur & habēt illuſtre ingenium, & amici eius furantur & ab ipſis deceptionē patiūtur.

DVe lineæ quæ oriuntur a raſcetta & oblique uadunt continue per concauum manus ſecando lineam cardiacam & a radice policis deuenerit uel prope dicunt ꝙ arguunt hominem in lucro frequenter uerſari ſed ſibi imminere periculum ne futurum ab his patiatur quibus ipſe maxime fidit, illuſtre tamen & magnum ingenium habet.

¶ Cap.clxix. De his qui pecunia mulctati ſunt & fortaſſe & patiuntur uincula ſine pecuniæ reſtitutione.

QVando duæ lineæ oriūtur a raſcetta & tortuoſe uerſus montē manus inuenerint hominē pecunia mulctarū oſtēdit, Et forte in carcerē trudetur ſine rēſtitutione pecuniæ, ut niger inquit Coruus.

¶ Cap.clxx. De his qui ſunt inobediētes parentibus ſuis.

SI in reſtricta lineæ ſparſe fuerint ſe inuicem non contingentes ſed in diuerſa abeuntes peſſimum hominem ſignificabunt parentum contemptorem atq; eis inobedientē. Quādo menſalis atq; cardiaca angulum cauſant, & ibi non ſit media naturalis iracundum crudelem parētibus, cuiq; inobedientem hominem indicat, qui eſt peruerſe uolumtatis, & in proprium fuerit ſanguinem, ut tenent aliqui.

Cap.clxxi. De his qui multū in lucro ſeītromittūt, & ſemper eorum exitus ad infortuniū tendit in ſuis negociis.

QVando in manu fuerint duæ lineæ obliquæ ad raſcettam uſq; ad mediam naturalem continue deuenientes, hominē ſepiſſime in lucro uerſari ſignificat. Sed talis perfidus eſt atq; infortunatus in omnibus ſuis negociis. Tamē ſollicitus eſt ſemper quoniam multæ & variæ imaginationes ei repreſentantur, ſed tamē in rebus ſuis parum & oblique diſcurrit nulla ratione abhibita, ut aiunt. Tricaſſius Mantuanus.

SVmmopere aduertendum eſt circa quedā ex capitulis ſuperioribus nam nullā illarū circa, eādem materiā uerſantur. Vnde cap.162.et.163 & cap.164.&,2.ſignum cap.160.(q̄uis Cocles cōtrariū afferat) hēs ſūt circa unam et eādem materiā. Et quādocūq; aliquod eorū accidit oīa cōſideranda ſunt. Et ſicuti maiorē ꝓportionē habēt cū ſigno reperto (ex cōformitate aliarū linearum) ſic etiā iudicandū eſt. Conſiderans ſemper omnes euentus ac infortunia quæ accidere poßent ad huiuſmodi.

Capitulum quoq;.166.et.167.&.168.et.169.&.171. omnia ad eundem obiectum concurrunt. Et illud quod Cocles dicit de illis duabus lineis, poteſt etiam ītelligi de una linea ſo-

la. Et ſimiliter illud quod dicit de una ſola in capi. 167. poteſt etiam intelligi de duobus ſcdm maiorem aut minorem proportionem ipſarum linearum, aut ipſius lineæ & aliorum ſignorum quæ eoſdem effectus ſignificant. ſ. anguli ſupremi & aliorum. Hoc idem intelligendum eſt circa eorum euidentiam.

¶ Cap. CLXXII. de his qui ſunt inconſtantes, ſine uerecundia, & male ſociabiles. Et his nullus eſt defectus, neq; ſuperabũdantia quouſq; ſe poſſunt adiuuare, nam omnia faciunt ut uiuant per phas atq; nephas.

SVnt autem huiuſmodi illi qui ſunt de natura Martis & hi habent lineam uitæ & mediam naturalem cum intenſo colore coniunctas, hi habent conditiones tales quas ſupra dixi, & etiam peiores, & ſi poſſibile eſt dicere tranſeunt ultimum gradũ malignitatis & malitiæ.

¶ Cap. CLXXIII. de his qui percutiunt fratres ſuos, & ſunt deſtructores paternæ ſubſtantiæ.

ALiqua figurarum ſi fuerit in loco Martis de his quæ poſitæ ſunt in. 2. lib. capitulo proprio, hi tales erunt deuaſtatores & deſtructores paternæ ſubſtantiæ, & fratrum ac etiam propinquorum ſuorum percuſſores. Quærunt a me multi diſcipuli et ſcholares, utrum phyſonomia ſit magis uera q̃ chyromantia, uel econuerſo, reſpondetur utraſq; eſſe ueras, & q̃ una ſubalternatur alteri, & q̃ phyſonomus & chyromãticus nõ differũt niſi ratione loci. Et q̃ utriq; ſunt inueſtigatores actionum naturæ atq; normæ, ut in prologo dixi. Tamẽ chyromãtia habet radices magis fixas, & quia principales lineæ a principio etatis indicant intrinſecum naturæ, & indiuidui, quia diſpoſitio mẽbrorum regalium faciũt ueſtigia in manu eorũ quæ in eis ſunt.

Et ſimiliter conditiones planetarum in natiuitatibus utiq; ue-ſtigia inueniunt uſq; ad ultimũ terribilium indiuidui. Phyſonomia mutat lineamẽta & figuras mẽbrorũ in ætatibus, ita ꝙ uidemus ſanguineos fieri melancholicos, & colericos ſanguineos fieri & ſic mutatis complexionibus mutãtur mores. Mala tamẽ cõpoſitio nunq̃ mutatur, ut caput ſphericum ſeu acutum, aut pectus anguſtum propter habitudinem oſſoſam. chyromantia uero non mutatur, chyromãtia declarat de diuitiis calamitatibuſq;. de fortuna et infortunio. de lõgitudine & breuitate uitæ, de itineribus & aliis rebus. Sed hic ego intelligo de phyſonomia de membris & non de planetis. Cõcluditur ergo ꝙ phyſonomia ſimpliciter & per ſe, eſt inanis, & ita chyromantia. Tamẽ quãdo ſunt ſimul iunctæ ſunt peroptime. Nihilominus Chyromantia ſimpliciter eſt magis fixa. Multa cognoſcuntur per phyſonomiam, quæ nõ poteſt cognoſcere chyromanticus & ſic ecõuerſo, & dico finaliter ꝙ chyromantia ſubalternatur phyſonomiæ.

¶ Capitulum. clxxiiii. de his qui perſeuerant cum malis uiris & latronibus occulte machinando maleficia perpetranda.

SI figura. G. fuerit in loco Martis habens talem erit perſeuerans cum malis uiris & latronibus occultæ machinando maleficia perpetrãda.

¶ Capitulum. clxxv. de hominibus qui ſunt audaces, pertina ces, & uſurpatores ſiue diſpenſatores paternæ ſubſtantie

SI in loco Martis fuerit aliqua figurarum ſupraſcriptarum ut in. 2. li, in capitulo Martis habetur, erit ille et audax pertinax & ab inceptis nõ deſiſtens, uſurpator quoq; & paternæ ſubſtantiæ diſpenſator.

¶ Cap.clxxvi. De his qui ſunt proni ad geometriam.

SI figura.C. erit in loco Martis erit magiſter perfectus & ingenioſus diligens geometriam aliquando aliquibus iniuriam faciens. Nota q̄ oportet q̄ triangulus hēat cōditiones quas diximus in capitulo de natura martis in iſto libro.cap.124.

¶ Capitulum.clxxvii.de his qui ſunt doctores atq; ſcriptores liguarū, & icogitarū ēt librorū expoſitores.

HUiuſmodi ſunt homines ſecundum rubricam illi qui habent hunc caracterem ſcilicet. C. in loco Mercurii,

¶ Cap.clxxviii. De his qui exercent artes falſas cum quibus homines decipiunt ſuo excellenti ingenio.

ETiam ſunt tales illi qui habent caracterem hāc ſcilicet.C.in loco Mercurii, & ſunt alchimiſte faſcinatores, & qui fingunt ſe conſtringere diabolum ſeu ſpiritus. & ſunt peſſimi bari luſores perfidi & ſimilia.

¶ Cap.clxxix. De his qui ſunt nobiles, & ſubtiles ſcriptores ꝓfundarū ſcientiarū, audaces & in malis operibus pergentes.

¶ Laudātur uirtutes uitiaq; deprimuntur. Vnde optimū eſt ꝓfeſſores ſuos cognoſcere uirtuoſos imitemur, uitioſos uero fugiamus. Qui igitur habent caracterem. C. in loco Lunæ tales erunt quales rubrica ſupraposita oſtendit.

¶ Cap.clxxx, de his qui ſūt cōes amici, & qui utiliter cōſulūt & ſunt duri in mente non tamen audaces in factis.

QVi habet multas lineas in digito medio pluſq̄ alibi, & ſpecialiter quando linea ſaturnina oritur a raſcetta & extenditur per palmam uſq; ad radicem digiti, tales ſunt communes amici

utilia conſulentes in mente graues & non audaces in factis.

¶Cap.CLXXXI.de his qui ſunt pulchri,ſapientes,iudices iuſti,fideles,religioſi,cum quibus eſt Dei timor.

Qui habuerit lineas in radice indicis pulchras eſt ſpecialiter quãdo linea naturaliter uadit ad prædicti digiti partes,hoc eſt ꝙ oriantur a medio tuberculi aut prope angulum ſummum,ſunt pulchri,ſapientes,iudices iuſti,fideles,religioſi, & timor Dei eſt cum illis.¶Figura ut hic.F.in mõte iouis facit hoiem ſapiẽtẽ i cauſis et iudiciis diſcutiẽdis.¶G.littera i mõte indicis denotat bonã famã generaliter in oibus facultatibus.

¶Tricaſſus Mantuanus.

¶Quo ad cap.180.ſciẽdũ ꝙ multotiẽs replicat hoc ſignum, ut ſuperius cap.133.& in.4.ſequẽtibus cap.unde & oia hæc dẽnt ſimul proportionari. ¶Quo aũt ad hunc.181.ſimiliter aduertẽdum eſt,nam idem eſt cũ cap.135.& cap.123.

¶Cap.CLXXXII.de his qui a filiis uel a cõſanguineis læduntur uel a proximis,& in his omnibus ingrati uidebuntur.

Illi qui habent multas lineas in digito medio pluſ q̃ alibi,& linea ſaturnina oriatur a rãſcetta & uadat uſq; ad radicem digiti:& eorum radices ſint de bonis fortunæ exhauſtis,tales læduntur a filiis uel a cõſanguineis et ꝓximis:et in his oibus ingrati uidebunt.

¶Cap.CLXXXIII.de his qui ſunt cõgregatores pecuniæ,& habent amicitias cum nobilibus & magnatibus.

Illi qui habent caracteres , ſeu figuras , uel aliquid quod aßimilatur caracteribus in loco Saturni,ut in.2.libro dictum eſt in capitulo de his qui ſunt de natiuitate Saturni,Tales erunt congregatores, aut cumulatores pecuniæ, & Nobilium, &

magnatum amicitias habebũt & hoc fortius operatur. Si radix ſua ſit opulenta de bonis fortunæ, quæ a ſuis anteceſſoribus ad eos peruenerint. Nullus eſt tam fatuus qui pecuniam & diuitias non diligat cũ ſine ipſis nihil fiat, et omnia per ipſas facta ſint.

¶Cap.clxxxiiii. De his qui peregrinantur per longas regiones, & ſi ſunt pauperes patiuntur anxietates labores, & iacturas.

Qui habet a radice ſue geniture indigentiam & pauptatis morbũ et in manu ſua hẽat multas lineas i digito medio pluſq̃ alibi. Et ſpecialiter quãdo aliqua linea oritur a raſatta & extẽditur per palmam uſq; ad digitum medium quæ ſaturnina ob optimis ingeniis uocatur. Tales ut peregrini uagãtur per multas terras & regiones cum anxietate labore & multis indigentiis. Et hoc eſt quia Saturnus in ſua genitura dominatur & eſt infortunatus.

¶Cap.clxxxv. de his qui ſi ſunt a radice diuites longas terras peragrantur negociando & exercendo merces.

Habent lineas qui ut dictum eſt in præcedenti capitulo & ſũt a radice ſua diuites, tales per multas regiones iter facient & erũt in continuo exercitio mercium & cum proſperitate negociabuntur & lucro.

¶Cap.clxxxvi. De his qui leniter iras ſuſtinebũt, & ſi erunt a radice pauperes in ſenectute pingues erũt & ſine egeſtate.

Lineas qui habuerit in digito medio pluſq̃ alibi & lineam ſaturninam, ut dictum eſt ſupra, & fuerint a radice pauperes, leniter iras ſuſtinebũt & erunt in ſenectute ſua pingues hoc eſt diui-

tes ſint egeſtate, & tales naturam Saturni participant.
¶ Capitulum, clxxxvii. de ſignis prodigalitatis.

Q Vando linea media & cardiaca non bene coniun guntur ſimul ſed diſtant ab inuicem prædictæ lineæ notabiliter purum ſpacium dimittentes ſignificant prodigalitatem. Angulus dexter obtuſus ſiue groſſus ſignum eſt male diſpoſitionis & prodigalitatis. Dicit Vgo ꝙ ſi angulus ſummus ſit recte ex oppoſito medietatis indicis angulum rectum faciens ſignum eſt ſubtilitatis ingenii, & eorum qui moderate expendũt. Si uero ultra medietatẽ indicis ex oppoſito uel circa, hoc eſt uerſus dorſum manus dictæ lineæ triangulum cauſando, acutum angulum uel obtuſum facient. prodigum abſq; ratione expendentem oſtendit. Martiales lineæ bene conditionatæ quo ad martialem diſpoſitionem prodigalitatem innuunt, hinc eſt ꝙ ualde calidi in complexionibus ſunt prodigi ut ſunt utplurimum hi, qui militarẽ diſciplinam exercent. ¶ Quadrangulus ualde amplus prodigalitatem denotat ut omnes periti affirmant, & ego cum illis.
¶ Capitulum. clxxxviii. De hominibus nobilibus ac ſapientibus & qui in omnibus diſcreti ſunt. Et habent animum ſublimem & altum, ſuntq; penetrabilis intellectus omniumq; ſcientiarũ interpretatores & expoſitores, & præcipue artium profundarum & occultarum.

A Vtem ſi paruus circulus uel triãgulus apparuerit in monte indicis bene conditionatus ex parte ſui & ex parte tuberculi arguit hominem in ſupranotatis conditionibus eſſe ualde notabilem et hoc intenditur ſi proportionatis lineis ac tuberculis cætera correſpondent.
¶ Cap. clxxxix. De hoibus qui non habebũt amicos fideles.

¶ Scutū ſeu ſphærica forma ut pu̇iculus triāgulus ī mōte Io-
uis arguit hoīē ultra modū amabilē. ſed fideles ab īfantia uſq̃
ad ultimam iuuētutem non habebit amicos.

¶ Capitulum. cxc. De hominibus ſapientibus, & penetrabilis intellectus. Qui in ultima iuuentute ſummū ſtatū, & nobilem.

SCutū uel pu̇us triāgulus aut ſperica forma in mōte Iouis bene diſpoſita atq; fortūata cū aliis ꝓportiōibus. Denotāt hominē uſq; ad ultimā iuuētutē uerſari cū multis amicis infidelibus. & qui ī iuuētute ultīa hēbit ſūmū ſtatū & nobilē. Et erit dilectus ab oībus pp diuitias et pp fidelitatē ſuā et rectitudinē ꝓpriā.

¶ Capitulum. cxci. De his qui propt̄r fidelitatem ſuam & rectitudinē patientur dānū maximū ſeruiēdi cā amicis, & hi tales erūt ī adoleſcētia apud reges et pricipes noti atq; dilecti.

¶ Scutū uel pu̇us triāgulus aut ſphærica forma ī mōte Iouis bene diſpoſita atq; fortunata arguit omne illud quod in rubrica dictū eſt.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

¶ In cap. 188. & tribus ſequētibus ac. 193. cōſideranda ſunt quæ dixi ī c. 119. ſigno. 1. ſūt nāq; oīa circa eoſdē effectus q̄uis Cocles cōtrariū ſētiat. ¶ Sūt ēt ītelligēdi ſcdm meā expſitionē.

¶ Cap. cxcii. De his qui habēt uxorē lupanariā ſeu poſtribulā.

¶ Dixit Vgo. Si linea cardiaca ī medio ſui teneat pūcta rubra ītercīſa a quibuſdā lineis rubris, q̄ tēdāt uerſus foueā mānus et ēt ſit diuiſa et undiq; cōtinua ī laycis uxorē lupanariā denotat

¶ Cap. cxciii. De his q̄ extra patriā ſūt dilecti atq; fortūati.

SCutū uel paruus triangulus aut ſphærica forma in mōte Iouis ſicut in præcedētibus capitulis tactum eſt, ſi ſit bene cōditionatus atq; ꝓportionatus ꝓpinquis talis erit in odio, & ab extraneis extra patriā erit dilectus atq; in omnibus fortunatus Qui habēt lineas ſubtiles in radice digiti ſolis pluſq̄ alibi ex-

tra patriam amantur & ſunt fortunati.

¶Capitulum.cxciiii.de his propter iracūdiam ſunt libere lingue ſuper ſe recurrentes, & ſunt amabiles ualde & ſemper cōtrarium in ſuis negociis.

QVi habuerit lineas ſubtiles in radice ſolis pluſq̄ alibi ſunt iracūdi & libere lingue ualde ſuper ſe recurrētes, hoc eſt ꝙ ꝓpter iracundiā quā habent quæ habent in corde & quæ ſciunt palā ac manifeſte publicāt & dicūt. Et tales cogitationes recurrūt ſuper ſe, quia poſt damnum patiuntur,

¶Cap.cxcv.de illis qui ſūt inimici religioſis & præcipue cucullatis.

¶Quādo līea mēſalis trāſgreditur mōtē īdicis cum bona poſitura ſignificantur homines mali animi & intētiōis cōtra religioſos precipue cucullatos qui ſūt ſuperſtitioſi, ut aūt quidā moderni. ¶Tricaſſus.Mantuanus.

¶Secūdū ꝓpriā expoſitionē iſtius lineæ, ſignificat hoīem iniquū, Iracūdū. crudelē. īfortunatū. Biliguē. Et mala morte mori Inimicūq; oīu; uirtutū inidūq; ac peſſimæ naturæ. Et iō nō mirū ſi ipſis religioſis inimicātur. Et fortaſſis hæc fuit efficatior linea quā Cocles hūerit ī māibus ſuis, unde et erat ēt Biliguis. Detractor. Maledicus fuitq; ſemp paup Mēdicus & infortunatus. ¶Not. autē ꝙ talis linea debet eſſe ſola. ſ. ſine ramuſculo aliqu,, & ēt profunda aliquātulum uerſus Mōtem indicis.

¶Cap.cxcvi.de his qui res ſuas palā faciūt & qn̄q; ad ſublimationē ueniūt hoc eſt apud principes cū honore & fama, & quādoq; deprimuntur a principibus ac regibus cū īfamia et dedecore, tamē tales de natura ſui ſūt fideles atq; magnanimi.

QVi hūerit lineas ſubtiles ī radice digiti ſolis pluſq̄ alibi, palā faciūt negocia ſua q̄ ab aliis occulte fiūt. & quādoq; a regibus ſeu

principibus ſunt ſublimati, quandoq; uero depreſſi. Sunt tamen hi fideles atq; magnanimi.

¶ Cap.CXCVII. de his qui ſunt fortunati, & ſimiliter eorum genitores.

FIgura. A. ſi reperiatur in loco Solis ſitq; fortunata, habens erit fortunatus, & ſimiliter eius genitor.

¶ Cap.CXCVIII. de his qui ſunt infortunati, et ſimiliter parentes eius.

IN ſupraſcripto loco Solis ſi reperiatur figura ſupraſcripta male diſpoſita, arguit in habente infortunium, & ſimiliter in genitore.

¶ Capi.CXCIX. de his qui habent ſufficientem uictum, cum labore tamen.

LInea ueniens a foſſato ſcindens menſalem uerſus medium digitum tendenſq; ad radicem, laborem cum uictus ſufficientia ſignificat. Talem lineam uoco ego ſaturninam, quia ante periodum Saturni ſic accidit, poſt ipſum tempus eſt linea proſperitatis, quia dat diuitias ſaturninas, & inducit hominem diligere agriculturam, fabricas, et his ſimilia, ut in ſuo loco dicetur, & hoc multis annis præteritis a me obſeruatum eſt.

¶ Cap.CC. de effœminatis, & de his qui ſunt malorum morum, & de phylocaptis.

HAbentes ergo naturam Veneris ſunt tales, ut in ter-
tio phyſonomiæ dictum eſt, & etiam in iſto libro,
1 cap.127. ¶ Præterea effœminati ſunt illi qui ha-
bent tres lineas quæ uadunt uerſus digitum Iouis,
2 & ex alia parte terminantur cũ radice digiti Veneris. ¶ Pau-
citas pilorum in manibus & in reliquo corpore, animum ar-

guit effœminatum. ¶ Qui habuerit palmam manus curuam 3
mulicbris eſſe naturæ oſtenditur. ¶ Deterrimus autem qui non
habet barbam aut raram, & aſſimilatur eunucho. ¶ Angu- 4
lus ſupremus ualde ſeparatus, & ꝙ illud ſpacium ſint lenæ et
ualde molle ſine lineis aut uirgulis, muliebrem naturam ſigni
ficat, & eum qui cantilenis ornamentis pulchris ac odoribus
delectatur. ¶ Si tuberculus Veneris eſt leuis, & lineatus, &
multum eminens formæ, phylocaptum ſignificat, denotat etiã
ornamenta, & eum qui mulieribus colloquiis frequenter dele-
ctatur, & hi tales non ſequuntur uirtutes, nec ingenioſis nego
ciis uerſatur, quia abundantia coitus ſubmergit ingenium ſi
quod habent. ¶ Quando linea menſalis coniungitur cum linea 5
uitæ & facit angulum cum ea & non ſit ibi media naturalis,
tales ſunt phylocapti intenſiue. Si in quadrangulo reperia- 6
tur quoddam ſignum ſimile ſtellæ bene coloratum, habens ual-
de diliget mulieres, & forte lædetur ab eis. ¶ Quicunq; in- 7
ſunt ingreſſus fœminei indumentaq; perpulchra, effœminati
ſunt & referuntur ad apparentem conuenientiam, & huiuſ-
modi ſigna in aliquo ſubiecto percipiuntur, & talis ineſt præ-
notatus effectus, & fœminis aſſimilantur, quæ ex artificio ſe
pulchras faciunt, nam qui ſunt effœminati eas imitantur ua
rietate ueſtium & ornamentorum. Ita fœminæ uiragines ſeu
uiriles dici poſſunt, quæ in multis ac uariis ueſtigiis uiros imi
tantur, ut in ueſtibus & in aliquibus aliis moribus aut geſtis
reſpectu ſui generis, quod conſiderabit qui in hac arte uoluerit 8
iudicare. ¶ Color deturpatus pallore, ut eſt in illis quibus ſu-
bito expaueſcunt, & qui non procedit ab ægritudine, aut læſio-
ne aliqua, oſtendit hominem captum amore mulierum aut cy-
nædorum, & hi tales multum ſemen amittunt. Et uidetur eſſe
color quem dicit poeta quidam Et tinctus uiola pallor aman-

10 tium. ¶ Quando baſis trianguli terminatur in cauea manus
& non adhæret cardiacæ, facit hominem timidum & in mu-
11 lieribus ſubmerſum. ¶ Dixit ſur chyromantiæ quando in uitæ
principio triangulus non adhæſerit, hominem bonas ſocietates
deſerentem, ac malas inire, fœminis delectari oſtendit, nec non
pulchras ueſtes induere, in omnibus deniq; rebus iocundum &
12 prodigum, et nihil paternæ hereditatis amiſſurum uidetur ho
13 minem indicare. ¶ Via lactea in manibus hominum, effœmi-
14 nationis ſignum eſt. ¶ Manus parua & digiti parui & in-
articulati, muliebrem naturam oſtendunt. ¶ Capilli plani, ob-
longi & ſuaues in tactu, muliebrem naturam atteſtantur. Et
hoc intelligimus in ætate adulta, & permaxime indicare de-
bes ſi homo eſt cum uarietate aut nuditate pilorum. ¶ Cun-
cta ſigna quæ concurrunt ad fœmininam naturam quæ mul-
tis in locis tacta ſunt ad hunc locum potes referre. ¶ In hoc lo
co mouetur ac declaratur pulcherrima queſtio, utrum in amo
re anima patiatur. Reſpondet eximius atq; excellens phyſono-
mus commentator Guilielmus Nuriæ textum Ariſtotelis dum
inquit in phyſonomia ſimilitudinaria. Et econtrario utiq; cor-
pus compatitur paſſionibus animæ, manifeſtum autem ſit cir-
ca amoris, & timoris, & triſtitias, et delectationes. Dicit præ
fatus Guilielmus in præallegato loco. Et quod corpus patitur
ab amore animæ, ut manifeſte patet in Amore Heroes. Eſt enim
iſte amor, ut dicit Auicenna in tertio canone, Sollicitudo melan-
colica eſt ſimilis melancholiæ in qua homo adducit incitatio-
nem cogitationis ſuæ ſuper pulchritudinem cuiuſdam mulie-
ris, ex qua quidem paſſione dum anima uehementer patitur in
ter alias paſſiones quas corpus patitur, ipſum efficitur macrũ,
& oculi profundantur. Ratio autem macredinis corporis eſt.
Cum enim cauſa iſtius paſſionis ſit, cauſa obiecti delectabilis

in uirtute imaginatiua fortiter impreſſi,ex tali forti impreſ-ſione ſequitur fortis & continua imaginatio de iſto obiecto delectabili, ſm autem Auicennam in ſexto naturalium ex uehementi & forti intenſione unius uirtutis,in ſua operatione uirtutes aliæ remittuntur, Vt ex intentione uirtutum animalium remittuntur.Et ratio eſt, quia uirtutes ſuas operationes explere non poſſunt niſi in preſentia caloris naturalis & ſpirituum talibus ſeruientium.Et ergo dum eis orbantur operationes ſuas minime poßunt exercere, patet clariſſime in exemplo.In uigilia enim quia calor naturalis & ſpiritus ſpecies ſenſibiles deferentes ad exteriora diffunduntur, ſenſus exteriores ſunt in actibus ſuis. Senſus uero inferiores ab operationibus deſtruuntur. Econtrario autem eſt in ſomno propter reditionem caloris & ſpirituum ad interiora, ut ampliſſime patet per Ariſtotelem & Commentatorem, præcipue in de ſomno & uigilia.Nunc autem in Amore heroes fantaſia ſiue imaginatio uehementiſſima & continua operatur circa delectabile ſibi impreſſum, igitur aliæ uirtutes propter priuationem caloris naturalis & ſpirituum ad fantaſiam recurrentium in ſuis operationibus debilitantur.Et præcipue uirtus nutritiua quæ potiſſime indiget uigore aut calore naturali,& ad cibum digerendum, & ad merum aut purum ab impuro ſeparandum,& ipſum deputatum ad ſpeciem nutriti terminandum, non tamen in uirtute propria, ſed inquantum eſt ipſius animæ inſtrumẽtum,ut dicit Ariſtoteles ſecundo de anima,tractatu ſecundo,cap.8. Deficiente autem inſtrumento, aut nulle ſunt operationes artis,aut non bene fiunt,que fiunt, ut clariſſime dicit idem Albertus eodem tractatu, cap,3.redens rationẽ quare in mulieribus frigidis & ſenibus plus nutriantur membra inferiora q̃ ſuperiora. Et dicit hoc eſſe propter defectum

caloris. Igitur nutritiua calore naturali deſtituta, aut non eſt nutritio in corpore omnino, aut modica, & ſic ſequitur corporis macilentia, & ſimiliter deſtructio. Ex eodem etiam patet quare ex tali paſſione profundantur oculi, cum enim uirtus fantaſtica ſit in anteriori capitis cellula, ut dictum fuit in præcedentibus libris ex calore nimio ibi concurrente, ut iam dictum eſt, humiditas oculorum exſiccatur, & ſpiritus oculorum extenſiui conſumuntur, & ita oculi humiditate ipſorum quæ ualde paſſibilis eſt exſiccata, & ſpiritus conſumptis, qui etiam ualde ſunt delicati ad interius contrahuntur. Et iſta eſt ratio Galeni ſuper pronoſtica ibi. Nares acutæ, oculi concaui &c. Vbi ipſam ponit aſſignans cauſam quare oculi infirmantium, & præcipue in acutis profundatur. Hæc dixit Guilielmus Nurius commentator perſpicuus. Non credāt igitur aliqui ꝙ ego ſim fur aut latro, ſed ueri alienarum auctoritatum adductor, ut equum ac iuſtum eſt, cum nemini ſit honor ſuus auferendus. Vtrum autem corpus patiatur a timore animæ, hic relinquo ne ſim nimium prolixus. Fortaſſe in ſequentibus ſi ad propoſitum ueniet dicemus.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

Circa. 6. ſignum capi. huius recurrendum eſt ad ea que dixi in capi. 151. ſigno. 4. hæcq; omnia adinuicem proportionando comparare inſimul cum queſtione in hoc cap. 200. habita. ¶ Quo ad. 6. ſciendum ꝙ tale ſignum reperitur in oppoſito ſpacio inter anularem & auricularem. ¶ Notādum autem circa titulum huius cap. ꝙ in hoc non eſt ſimpliciter intelligendum ꝙ accipiat hic effœminatos illos dici, ſicuti in. 1. libro. queſito. 6. hoc nomen effœminatum aſſeruit ſignificare. Pro quo ſciendum ꝙ effœminati ſunt in multiplici differentia,

ut etiam ipſe dixit in.2.quæſito ſecđi libri phyſonomiæ. ¶ Qui
dam enim dicuntur effœminati, quia laſciui ſunt. ¶ Quidam
autem dicũtur effœminati, quia puſillanimes. ¶ Quidam au
tem dicuntur effœminati, quia ſunt imbecilis ac debilis com-
plexionis, ut communiter ſolent eſſe mulieres. Horum autem om
nium ultimi ſunt peiores, & de his eſt ſua principalis intentio,
ſed in expoſitione ſignorum ac in eorum acceptione non medio-
criter errat, immo iſta ſigna oſtendunt omnes iſtas differẽtias
effœminatorum.ſ. proportionando ſingula ſingulis, non autem
quodlibet ſignum omnibus iſtis, ut unuſquiſq; per ſeipſum apta
re poterit, niſi forte ingenio penitus ſit uacuus. ¶ Qualiter au
tem accipiendus ſit qui effœminatus dicitur ex laſciuia. Qua
liter ue ſit accipiendus qui ex puſillanimitate, iam ſatis ex ſu-
perioribus dictum eſſe puto. Quo autem ad tertiam differen-
tiam effœminatorum ſuperuacuum arbitror id enarrare. Nã
unicuiq; notum eſt qua forma aut diſpoſitionem mulieris mẽ-
bra communiter inueniantur complexionata. Eo autem iſto ca-
uitandos eſſe arbitramur, quo ſumma infidelitate inſtabilita-
teq; maxima polẽt. Adeoq; paſſionibus ipſis afficiuntur, ut ne-
quius arbitrari queat. In his autem omnibus conſiderandum
eſt quo colore, quali ue oculorum bonitate præditi ſunt. Hæc nã
q; ſunt per quæ magis eorum natura compenſatur.ſ. prout ma
gis aut minus percipitur naturalis ipſius caloris dominium
exerceri, quo quidem paſſiones ipſe naturale reſeruari noſcunt.

¶ Cap.CCI. de his qui quandoq; ſurripiunt mulieres a uiris ſuis, & gaudent coitu & colloquiis.

HAbens tres lineas pulchras orientes a radice poli
cis & uadant uerſus montem Iouis & habuerit
tuberculum Veneris, tumidum, rotundum, niti-
dum, atq; bene lineatum, a natura inclinatus eſt

ut eſt in rubrica iſtius capituli.

Cap.CCII.de his qui habent pulchritudinem uultus & eloqui dulcedinem & omnia uolunt quæ uident, ut fœminæ.

TAles ſunt ut ſupra in rubrica notatum eſt. Qui habent tres lineas conditionatas, ut in ſuperiori cap. tractatum eſt, uide diligenter, & diligentius iudica.

Capi.CCIII.de his qui ſunt ſine fide diligentes mulieres pauperculas & infirmitate detentas, & ab eiſdem malum patiuntur.

IN loco Veneris talis figura.A.naturalem inclinationem inducit ad ea quæ in ſuperiori rubrica deſcripta ſunt.

Cap.CCIIII.de his qui habēt gaudium ac permixtionem cum nobilibus et proficiunt in diſpenſatione rerum nobilium mulierum.

ILli qui habent conditiones ſupraſcriptæ rubricæ ſunt qui habent caracterem ut .B. in loco Veneris, promiſcentur enim nobilibus mulieribus, & proficient in adminiſtratione rerum ſuarum.

Cap.CCV.de his qui habent bonum ex cauſa & fide religionis uel mulieris.

FIgura ut hic.B.ĩ loco Veneris & ipſe tuberculus correſpondeat & cuncta loca fortunata, arguit hominem habiturum bona ex cauſa & fide religionis uel mulieris.

Tricaßus Mantuanus.

ISta quinq; capitula ſuperius hic appoſita circa eundem effectum uerſantur, illeq; tres lineæ in aliquibus ipſorum appoſitæ, ille eedem ſunt quæ in

I.ſigno cap.200.adducuntur, ſimiliter etiam in capi. Et ideo eorum ſignificationem clarius dinoſcere poteritis ipſis capitu lis adinuicem proportionatis.

¶Cap.CCVI.de his qui ſunt in delectatione cum mulieribus unde uilipenditur, & in aliquibus fortunabitur & bonum adipiſcet.

QVi conſequuntur quod in ſuperiori rubrica notatum eſt, ſunt illi qui habent talem caracterem.ſ. E.in loco Veneris.

¶Capi.CCVII.de his qui ſunt audaces in ſcientiis, et tamen ſophiſtici ſunt, et plus in apparētia q̄ in exiſtētia.

VGo tenet ꝙ duæ lineæ equediſtantes bene apparentes & boni coloris a menſali tendētes uſq; ad radicem medici uel prope, ſubtilitatem & audaciam ſciendi denotant, unde arrogantes ſunt & multum loquaces & amant quidem ſcientias, ut dialecticam, rethoricam, & huiuſmodi, & tamen ſunt ut ſophiſtici cupientes magis apparere q̄ exiſtere, & delectantur honoribus, & habent magnam curam ſophiſticandi.

¶Cap.CCVIII.de his qui ſunt a natura inclinati ad ultimū acumen ingenii & ad liberales artes.

NVlla eſt belua adeo atrociſſima ſine ſenſu naturaliter inimica hōi tātum q̄tum eſt ydiota atq; is qui ignorat rationales actiones cui aſſimilatꝰ ignarum uulgus. Eſt enim hmōi genus ſapientibus inimicum. Nam ſciētes alta & obſcura indagātur, uulgus infima ac depreſſa cogitās ad cœlum caput erigere nequit. Et quoniam ſapiens cogitabundus, fantaſmata ſemper ſpeculatur, ab imperito uulgo u fatuus reputatur, Ideo Socrates, Ariſtoteles, & multi alii doctiſſimi uiri, ab imperitis per

ſectionem paſſi ſunt. Quoniam que ſapientibus naturalia ſũt
1 uulgo uidẽtur miracula. ¶ Inclinati atq; aptinati ad liberales
artes ſunt illi qui habent in digito minimo lineas pulchras &
claras. Et hi ſunt indagatores omnium ſciẽtiarum ſpeculatiua
rum. Et in iſto libro cap. 191. declaratum eſt, & etiam in tertio
2 phyſonomiæ & in capitulo de Mercurio. ¶ Scias ꝙ fixa ra-
dix ad cognoſcendum ingenium humanum eſt minimus digi-
tus nec non media naturalis, & triãgulus. Forma ſpherica uel
triãgulus uel clipeus bene diſpoſitus ĩ indicis mõte declarat no
3 bilitatẽ aĩ & acumen ingenii, & interpretẽ omniũ ſcientiarũ ꝓ
cipue latentium. ¶ Figura talis. F. in mõte indicis facit homi-
nem ſapientem & bone memorie, qui ſit uariis ſciẽtiis decora-
tus in loco autem Veneris, acquiſitionem ſciẽtiæ cũ itinere oſtẽ
4 dit, & dat uitam & gaudium ad ſciẽtias acquirendas. ¶ Si
ſaturnina linea a uitali oriatur rectaq; ueluti ſulculus ad tuber
culum talis deueniat præſertim ad radicem digiti diuturnam
uitam futurorum præſagia diuinandi artem in homine ſigni-
ficat, ut Anthiocus tubertus in ſua fiuida chyromãtia ſcripſit
5 ¶ Triangulus paruus in pede lineæ cerebri denotat appetitũ
6 ſtudendi & dilectionem ſciendi ut dicunt. ¶ Si reperiatur quã
dam paruus circulus in quadrangulo perfectionem in ſcientia
& moribus arguit. Sed ſi triangulus apponatur illi circulo de
ſtruit illud & inducit appoſitum, hoc eſt ſine inclinatione ho-
mo ad ſcientiam reperitur. Tamen ſi medietas circuli reperi-
tur, mediam poſitionem innuit. Et duo circuli illud augumen
tant niſi a triãgulo deſtruantur oppoſito, quia unuſquiſq; triã
gulus deſtruit circulum unius circuli. ¶ Si quædam linea re-
7 cta bene colorata oriatur ex radice medici, & extendat ſe per
medietatẽ digiti. Sed melior ac altior eſt iſta linea quãdo ori-
tur a mẽſali ad modum ſulculi ad radicem digiti deuenerit,

hoc eſt

hoc eſt quādo a latere dictæ lineæ ſint eminētie atq; monticuli tales ſunt in ultima acuitate ingenii atq; famæ. Et præcipue ab externis honorantur propter excellentiam nominis quia rari ſunt qui habeant talem lineam qui non componant libros excelſos in liberalibus artibus. Iterum dico ꝙ ſupraſcripta linea ſciētem hominem demonſtrat. Et talis eſt gratioſus & magnanimus, Et ſi fuerint duæ lineæ erit effectus fortior. Ego tres lineas tales habeo, ideo dāt mihi effectum intenſiſſimum ut uidetur. Nam in pueritia mea fui tonſor. Et iſto tempore interpretatus ſum Ariſtotilem & aliorum opera ad me attinētia, ut uidetur in opere meo. Tamen lineæ ut crux in eius principio intra mēſalem antedictorum fortunam perturbant, ut in me, & in aliis obſeruaui. ¶ Quemadmodum ſcribit Auicēna primo de animalibus cap. I. ſunt quædam animalia bone memorie, ſicut camelus & aſinus ſed ſolus homo habet memoriam oblitam. Ratio uidetur eſſe, ꝙ retētio ſpecierum fit a ſicco in poſteriori uentriculo cerebri. Multa animalia ſunt ſiccæ complexionis, quod patet, quia habēt roſtrū cornua & ungues quæ omnia ſunt materiæ ſiccæ & melācholicæ alia habent uirtutem extimatiuā tātum & non diſcurrunt niſi particulariter ad obiectum repreſentatum, & ſolummodo habēt curam uictus, homines autem diſcurrunt uniuerſaliter intellectu, & particulariter ſenſu ad ultimam perfectionem ſui obiecti quorum ſpiritus naturaliter diſſoluuntur & ita debilitātur propter longam imaginatiōem atq; diſcurſum, & eſt ratio quia homo habet litteras in quibus cōfidit ut poſſit recordari. Videmus .n. illiteratos habere bonam memoriam, quia cōtinue ſecū reiterāt ſpecies quia dubitant ne obliuiſcantur. Alia ratio homo eſt ualde concupiſcibilis, & propter uiſuā multa imaginātur, propter diuerſa obiecta repreſentata. et ita multiplicantur multe ſpecies, que frā-

gunt prius reſeruatas. Hic eſt ꝙ ceci multa recordãtur, ut phĩ-
loſophus tenet ſi recte memini in libro de bona fortuna. homi-
nes flegmatici habent memoriam labilem, & poſtea ſangui-
nei, etiam pueri quia parum conſiderant atq; multa cupiunt,
& præcipue res delectabiles. Cholerici & melãcholici ſunt me
moratiui propter complexionem ſiccam quo ad totum, & excel
lentius retinent ſi ultimus uentriculus eſt ſiccus ideo ſenes quã
ſunt ætatis ſiccæ multa memorantur. Phyſonomi uero in hoc
inſpiciunt partem poſteriorem capitis. Si uidetur locus memo
riæ eminens, & complexio totalis ſicca, & collum uiuidũ atq;
proportionatum. iudicamus talia habentem. Si in meis capitu-
lis tranſgredior ordinem libri, hoc maxime factum eſt ob legẽ
tium utilitatem, nam multa reru; copia breuis eſſe nõ poſſum.
Non credant aliqui ꝙ mihi careat acumen ingenii, & bonæ me
8 moriæ, & uariis ſcientiis optime decoratus ſum. ¶ Si ſphe-
rica figura aut paruus triangulus aut clipeus fuerit in mon-
te ſolis faciet ſubtilem ualde, & inuentorem artium ſpecu-
latiuarum, & hoc itelligitur de mechanicis & de liberalibus
ſecundum ſubiectum præparatum. ¶ Triangulus æquilaterus
9 cum ſolari poſitura aut fine arguit debitũ eẽ nouis rebus, et no
uarum rerum inuentorem & præcipue aptum diuinationi &
eius facultati cum perſpicua ſim i. Si mechanicus ſit in ſua ar
10 te alta exquiret & reliquos ſuperabit. ¶ Caracter ut hic. A.
in loco Mercurii facit inquiſitorem omnium rerum occultarũ.
Tamen impedimentum habebitur, & ex ipſo nocumenta inue-
11 niet. ¶ Caracter ut. D. in minutulo tuberculo facit hominẽ pro
num ad ſapiẽtiam, operatorẽ boni doctorem ſciẽtiarũ & aſtro
12 nomum & erit dilectus a parentibus. ¶ Angulus ſummus acu
tus in directo indicis. i. unitus bonam naturam procẽdit inge-
nioſitatem ſapiẽtiam rectitudinem & deliberationem proprii

negocii honores & dignitates cum amicitia ratiõe ſcientiæ et conſilium domino gratum & acceptabile. ¶ Linea ſaturnina in concauo manus bene conditionata cum aliqua ſupra notata ꝓportione acumen ingenii atq; ſublimitatem denotat, & nouarum rerum inuentorem. Caueas tamen ꝙ non ſit obſeſſa ab infortuniis. Sed ſi cum fortunatis lineis aſſociatur miro modo ad ſublimitatem intellectus producit.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

CIrca .2. ſignum huius capituli. Not. eſt illud qđ dixi in .c. 193. quonia; illa eſt ſua propria ſignificatio. ¶ Quo autem ad illam digreſſionẽ in qua Cocles noſter ſe ipſum tam fluctibus altis extollit. Sciẽdum ꝙ adeo inordinate ac confuſe loquitur ꝙ nil peius dicere potuiſſet. Et ſi quid boni eſt in hac digreſſione( qđ tamen raro ) uidentur falſa. Et iuditio meo, parum aut nihil ſibi ſupererat eius de quo in hac Digreſſione principaliter tractat. ſ. de memoria. ac etiam diſcurſu rationis ſiue ratiocinatione ipſa, quãuis ipſe dicat non eſſe credendum ꝙ ſibi careat acumen ingenii & bonæ Memoriæ & uariis ſcientiis optime decoratus. Vnde & quo ad iuditium ſuum expoſitiones iſte ſibi uidebantur eſſe mirabiles. & re uera ſunt uituperabiles. Dicit nãq; ꝙ Camellus & aſinus, ex auctoritate Auicenne ſunt bonæ memoriæ. Et ꝙ animalia que ſunt bone memoriæ ſunt ſiccæ complexiõis. Et per approbationẽ dicit ꝙ talia aĩalia habẽt Roſtrũ & Cornua & ungulas. Ex qua quidem probatione ſequitur, ꝙ Aſinus & Camellus, non ſunt in tanta excellentia memoriæ ut ipſe aſſerit. Nam pleraq; alia animalia habent cornua & ungulas pluſq̃ camellus aut Nec ſibi auxilium affert, ꝙ cornua ſupleat loco dentium extremorũ aut ecõtrario, nã & cũ his omnibus nec adhuc ſequitur ꝙ illius aĩalis boues aut alia ſimilia

in memoriam excedant. Vnde approbatio illa nihil ualet etiam poſita. ¶ Dicit etiam ꝙ ſolus homo habet Memoriam oblitã hocq; aſſerit duabus ex cauſis prouenire. ℂ Prima quidẽ quia Spiritus Vitales qui mediãte calore naturali ad organum uirtutis memoratiuæ decurunt. ex longa imaginatione ac rationis diſcurſu reſoluuntur ac debilitãtur. Et ad hoc Exemplũ adducit ꝙ homines propter fiduciam habitã ex litteris aut ſcripturis eorum (.ſ. ꝙ quãdocũq; alicuius obliuiſcũtur ad libros recurrere ualẽt) nõ multum recordãtur quæ pertractant. Illi autẽ qui ſunt illiterati ſunt bonæ memoriæ ꝓpter cõtinuã meditationẽ ac reductionẽ ſpecierũ ꝑcõceptarũ. ¶ Secũda rõ ẽ quia ex multitudie quidẽ fãtaſmatũ ac ſpecierũ ꝑcõceptarũ ac ſuperuenientiũ ſpecierũ multiplicatiõe. ipſe ſpẽs ꝑconcepte aliis ſuperueniẽtibus refranguntur, arbitrãs fortaſſis huiuſmodi ſpecies ac fantaſmata ueluti uaſa uitrea fore, qui ſi ſimul conſtringuntur unus alium frangit. Attamen ſibi compatior. Nam Barbitãſor erat. nec alicuius ſcentiæ profeſſus haberi poteſt, ſed ſolummodo prout communi ſermone illis in locis ſiue Appotheeis habere poterat (uaria ac diuerſa auctorum Scolaſticorumq; auctoritate) ittidem & inſcriptis redigiſſe. Ita uniuerſaliter ac cõfuſe ſicuti in eorum cõmuni ac familiari ſermonizatione percipiebat. ℂ Vellẽ aũt ab eo ſcire. quid intelligit per longam imaginationẽ ac diſcurſum alicuius obiecti? Et ſimiliter, qd intelligit per continuam meditationem ac reiterationẽ ſpecierũ ac fantaſmatum cõceptarum? Similiter quam differentiam ponit inter iſtas operationes? Et uelit nolit dicere neceſſe eſt ꝙ ſunt unum eſt idem. ¶ Dicit autem in cap. 200. ꝙ calor naturalis, & ſpecies propter cõtinuam imaginationem ſiue fantaſiã alicuius obiecti, ſimul concurrũt ad organum ipſius uirtutis fantaſticæ, ex quo quidẽ cõcurſu. nõ ſolum cauſatur ſiccitas ipſius

organi ſed etiam in partibus propinquis. Si igitur ſiccitas eſt cauſa cõfortatiua ipſius organi Memoratiui. & ex longa ſiue cõtinua meditatione ac imaginatione alicuius obiecti ad talẽ uirtutem cõcurrimt, ſequitur ꝙ cũ quis diutius meditatur circa aliquod obiectum. ipſa quoq; Memoria eo magis prõptior fit & ad operandum habilis. Nam nullus ymaginari aut meditari põt circa aliquod obiectum abſq; cõcurſu ac recordatione ſiue memoria ipſarum fantaſmatũ præcõceptarũ ipſius obiecti. Igitur falſa eſt iſta ſentẽtia Coclitis. ſ. ꝙ propter longam imaginationem ſiue diſcurſum ſpecies uitales diſſoluantur ac debilitentur, & ex cõſequenti Memoria oblita fiat. ¶ Nec auxilium afferre ualet quod quis obiciẽdo dicere poteſt ſ. ꝙ propter talem continuam imaginationem plurimi uidentur ad fatuitatem deuenire. Ex quo ſequitur ꝙ tali de cauſa ſpecies reſoluuntur ac debilitantur, & memoriam amittũt. Vnde etiam dicunt & faciunt multas fatuitates & actus inordinatos ac deformes. ¶ Nam ad hanc obiectionem Primo dico ꝙ oppoſitio hæc ex ignorãtia prouenit. Et fortaſſis hæc ipſa & alios q̃ plures in errorem conduxit, ut. ſ propter diſſolutionem ſpirituũ et ipſa memoriam oblitam fieri crederent. ¶ Ad cuius tamen euidentiam ſciendum ꝙ, ad bonam Memoriam habendam non ſolum requiritur ꝙ ſint ſiccæ cõplexionis, aut ꝓ organum uirtutis Memoratiuæ ſiccum eſſe naturaliter ſed adhuc requiritur ꝙ aliquãtulũ humiditatis inſit qua quidẽ concipere ac ſpecies oblatas retinere ualeat ita ꝙ ipſa ſiccitas (quæ neceſſario ad uirtutẽ memoratiuã requiritur) debet eſſe tẽperata aliquali humiditate. Nã ipſa ꝓprietas humiditatis eſt recipere, ſiccitatis autem retinere. ¶ Hoc igitur fundamẽto poſito Dico, ꝙ defectus ſiue cauſa principalis ipſius fatuitatis prouenit ab ipſa fantaſia ſiue cogitatiua quæ a propria operatione præ

peditur. Quod quidem impedimentum duobus modis proueni re poteſt. ſ. aut offuſcatione ipſius cogitatiuæ, aut diſſolutione ſi ue reſolutione ipſarum ſpecierum ſiue fantaſmatum. Et primus quidem defectus accidit hominibus qui inter complexiõis ma lancolicæ aut aliquo accidẽti in malãcholicam cõplexionem de ueniunt. ſ. aut Studio plurimo (maxime, autẽ poſt comeſtionẽ) aut aliqua faſcinatione ſeu immunditia aliqua ſibi in cibum da ta. Aut ꝓpter aliquã indiſpoſitionẽ intrinſecã, ut hominibus ac cidit ꝓpter retentionem ſeminis. Et in mulieribus ꝓpter indiſpo ſitionem matricis aut ꝓpter ſanguinem Menſtruũ & alia pur gamenta quæ poſt partum occurrunt. Qui quidem ſanguis mẽ ſtruus & alia ſimilia non debite purgantur ut decet. Et hæc of fuſcatio fit ꝓpropter humores groſſos ac uiſcoſos frigidoſq; ſiue humidos qui ex ſupradictis accidentibus cauſantur. Exi ſtente autem fantaſia occupata & offuſcata talibus uaporibus in propriam operationem exire nequit, nec cõceptus aut fantaſ mata alterum ab altero diſcernere ualet. Vnde & intellectus agens (lumine proprio mediãte) nequit illuſtrare. ex quibus in tellectus poſſibilis propriã operationẽ attigere poſſit circa hu iuſmodi obiecta & fantaſmata aprehẽſa. ℂ Secũdum autem impedimẽtũ accidit in omnibus ſanguineis ſiue Cholereis aut cuiuſq; cõditionis ꝓpter aduerſitates aliquas & dolores aut triſtẽ imaginationẽ, aut ẽt maxime iuuenibus ꝓpter amorẽ. Et hoc ꝓpter cõtinuam imaginationẽ & occupationem & oc cupationẽ ipſius fantaſie que cõtinue occupatur circa tale quid obiectum ſibi oblatũ. Nã ex tali uehemẽti imaginatione calor naturalis ac ſpecies uitales qui ſemper & cõtinue ipſe naturæ ſunt ſubſeruiẽtes in operatiõe qualibet, cõcurrũt ẽt ad ipſum or ganũ fantaſiæ. Quod quidẽ, ex ſuperexcedenti caliditate deſic catur deperditq; humiditatẽ ſiue qualitatem humefictiuam. Ex hoc aũt (per. I. fundamẽtũ) ſiccitas minimũ ſuperexcedit

ꝓpriũ terminum ſiue methã ſibi cõgruã, ipſaq; fantaſia ſiue organũ ipſius fantaſiæ debilitatur & cõceptus ſiue fantaſmata in cõfuſo perſiſtũt. Vnde et ipſa uirtus fantaſtica ullo pacto formare nequit aliquẽ cõceptũ qui aliqualẽ ꝓportionẽ in ſeipſo cõtineat, ex quo peruenit. ꝙ nec uerbis nec operationibus aliquo pacto regulãtur. ſed queque faciũt ac dicũt fatuitate ſunt. Adeo ꝙ (quicquid ſi aliquo iſtorũ duorũ ĩpeditorum) aliquãdo accidit (quiſquis ſit ille) ꝙ amittit ꝓpriã cognitionẽ ſiimet. Hoc aũt nõ ꝓuenit ex deffectu memoriæ. ſ. ꝙ nõ remiſcatur ſe eẽ Andreã aut Petrũ ſed quia ex tali ĩpeditiõe fantaſiæ pſiſtere nequit in primis cõceptibus ſiue primorũ fantaſmatũ oblationẽ, unde et dicũt ſe eſſe aliquid aliud ꝗ ſint dicũtq; uaria & inaudita de ſeip ſis faciũtq; mirãda ac ridiculoſa, uaria quidẽ ac diuerſa ꝓut ẽt ex cauſis illiuſmodi tale ĩpedimentũ cãtur, aut ſꝫm ꝙ ex naturali cõplexione obducitur. ❡ Quod aũt uerũ ſit ꝙ memoriã oblitã nõ habeãt. magis aũt diſcernere nequeant, experimẽto hẽtur ꝙ aliquãdo ĩterrogati iuſte, & ad ꝓpoſitũ reſpõdẽt, & multa ꝑterita narrãt, ſed ĩ imo rectoq; ſermõe pſiſtere nequeũt ❡ Hoc quoq; Exẽplo ꝓbari põt cũ quis nõ penitus ĩ fatuitatẽ decurit & poſt ea ad ꝑſtinũ ſtatũ reducitur nã multorũ reminiſcitur, imo oium que fecit ac dixit, & aliquãdo in riſum ꝓrũpunt reminiſcẽdo eorũ que ſibi ĩ imaginatiõe occurrerãt. maxime. n. (ut ipſimet dicũt) ſũma memoria uigẽt ſed nequeũt rõcinãdo ea que reminiſcũtur cõponere. Vnđ quãdo aliqđ fãtaſma ſiue cõceptũ aliqđ formatur nullo pacto ꝑcipe poſſũt ꝙ ĩ tali imaginatiõe ſiue cõceptu decipiãtur, ſed ſemꝑ tali imaginatiõe ꝑdurãte ẽt in eodẽ. cõceptu ꝑſiſtũt. ❡ Quãtũ ad id quod pricipaliter intẽdere uidetur in digeſtione præſenti. ſ. homo habet memoriam oblitã in aliis aũt animalibus uigeat. Dico ꝙ falſo loquitur, immo homo oiã alia aĩalia ſenſu tactus

excellit quo ad ſenſus exteriores. Quo autem ad huiuſmodi interiora ipſa uirtute memoratiua ac ipſo organo cætera animalia præcellit. Quod quidem de facili conſpici poteſt (ex ſecundo fundamento) ꝓpter infinitam multitudinem, ſpecierum ac fantaſmatum in ipſa memoria reſeruatarum. ¶ Cum autem dicit, ꝙ propter multitudinem ſpecierum ſe inuicem frãgunt, falſum eſt, Et ad probationem quam inconfuſo & obſcure loquitur. Dico ꝙ homo propter multitudinem ſpecierum ac fantaſmatum quæ ſucceſſiue conſiderat aliquãdo (cum opus fuerit) primæ ſpecies non ſibi occurrunt propter imperfectionem habitus talium ſpecierum ac fantaſmatum prius conceptarum. ſ. quia non ea meditando reiterauit, aut perfecte in ipſa memoria locauit, eo ꝙ non multum magnifecit, aut etiam ex longo temporis curſu non reminiſcitur, ſed ex hoc non ſequitur ꝙ ſpecies ipſe frangantur, nec ꝙ in homine ſit oblita memoria magis ꝗ in aliis animalibus. Quoniam autem pro ſui defenſione auctoritatem Auicennæ adducit. Sciatis ꝙ falſo loquitur, immo dicit Auicenna. Solus homo memorat oblita, ex qua auctoritate omnia in contrarium clare conſpiciuntur ꝗ̃ ipſe exponat, ut conſideranti patet.

¶ Cap. CCIX. de his qui ſunt grauis linguæ & artificioſe faciũt, et ſunt peſſimi animi, et ſunt ſeminatores diſcordiarũ.

Homines qui deſcribuntur in rubrica ſunt illi qui habent caracterem ut hic. A. in loco Mercurii et a natura ſunt ſic inclinati. Tamen ego in Chyromantia nunquam tale ſignum obſeruaui.

¶ Capitulum. CCX. de his qui ſunt negociato-
1 res fideles habentes multam ſubſtantiam. Eruntq; forte poſitis ſuper gentes ad gubernandum atq; habebit poteſtatem &
2 dominium, ut ſunt pretores, & tales homines.

SI in minimo monte reperiatur caracter, ut hic. B. erit aptus natus ad actiones & ad ea omnia, quæ in ſupraſcripta rubrica notata ſunt.

¶ Cap. CCXI. de his qui ſunt negligentes & ludum amant, & lucrum ex furto & omnibus malis procedentem.

QVi habent ea quæ in ſupranotata rubrica ſcribuntur ſunt, quibus in manu eſt caracter, ut hic. C. in loco Mercurii ſi fuerit bene conditionatus quo ad iſtam proportionem maleficam.

¶ Cap. CCXII. de itineribus propter deuotionem, ſeu ratione notorum.

QVando quædam linea a media naturali emergit & uadit ad quadrangulum & eſt parua & in capite ſui ſecetur a quadam linea faciente ut crux, uotum ſignificat, & quot fuerint lineæ tot erunt uota. Et ſi cum tali poſitura fuerint lineæ aut linea indicantes itinera, plerunq; hi tales huiuſmodi itinera facient ratione uotorum ſeu deuotionis. ¶ Quando una linea emergit a radice policis & ſit continua & ſecatur a cardiaca & media naturali uſq; ad locum quadranguli & in fine ſui ſecatur a quadam parua linea ut crux, itinera arguit, & quot ſunt lineæ, tot itinera indicabis. Et ſi linea ſit oblonga continua & rubiconda, itinera longa denotat, ſi fuerit in dextra fortior eſt, ſi autem in ambabus manibus, fortiſſima, ſi in ſiniſtra & non in dextra, exiguum tenet iudicium, et hoc ſit generale documentum in omnibus iudiciis, Licet in fœmina ſit fortius in ſiniſtra q̃ in dextra, ut peritiores exiſtimant. ¶ Linea media naturalis in fine ſui bifurcata, deuotionem ſignifi-

1 2 3

eat ſi cũ ipſa coniungitur, itinerum ſigna oſtendit, & plærumq;
habentes talem poſituram itinerantur uotorum gratia aut de
4 uotionum. ¶ Linea ſaturnina cum una uel pluribus de ſuper-
notatis lineis. peregrinationem inducit, & plærumq; mendican
do, ut faciunt melancholici & bedani, & quanto ad ſaturni-
num digitum propius deuenerit, tantundem indica. ſ. ꝙ erunt
itinera melancholica.

¶ Cap. CCXIII. de itinere maris.

Lineæ quædam a medio radicis brachii per reſtri-
ctam tranſeuntes & euntes per montem manus,
ſignificant maris itinera. ¶ Quando baſis trian
guli finiatur in cauea manus & nõ adhereat car
diacæ, inducit hominem qui maritimis tempeſta
tibus atq; procellis infeſtatur.

¶ Cap. tulum. CCXIIII. & eſt uniuerſale capitulum de iti-
neribus.

Quãdo in angulo dextro inueneris lineas ut crux
1 brachiorum ſignificat fortitudinem cordiſq;
ſuperbiam, talis regiones multas perquiret, et
hoc accidit quando rubra fuerit & huiuſmo-
di anguli in crucis ſimilitudinem ſint. Et ſi fue
rit miles in ſuo ſtatu augmẽtabitur, ut aiunt aliqui, ſi bene me
2 mini, etiam iſtud tenet Coruus ualde niger. ¶ Quãdo exiguæ
lineæ apparuerint in fundo manus in reſtricta uerſus dorſum
manus in domeſtica parte, totidem breues peregrinationes abſ
3 q; lucro arguunt. ¶ Interdum extremitas ipſius obruſticon,
id eſt linea uitæ eſt bifurcata aut trifurcata, & tales trãſibunt
4 tria uel quattuor climata. ¶ Si in linea uitæ multæ rimulæ ap
paruerint ſuperius, in præteritum terras circuet, quanto uero
5 inferius erunt, tãtum in futurum circuibit. ¶ Crux inter me-

diam & menſalem ſub medio, peregrinationes & labores de-
ſignat cauſa amoris, honoris, deuotionis, & utilitatis ipſius,
uel alterius. ¶ Si quædam lineæ rectæ bene coloratæ ueniant 6
quaſi a radice policis & ſcindant lineam uitæ, longas uias et
peregrinationes atq; diuerſas patrias quærẽtem notant. ¶ Ali 7
qui ſic ſcribunt. Linea quæ uenit a police & ſcindit lineam ui-
tæ & mediam naturalem uerſus medium, longas uias & mu
tationes oſtendit. Quando uideo iſtas lineas oblongas, ita ꝙ
tranſeant concauum manus, aut pertingant ad menſam ma-
nus, itinera longa pronoſticor, & quãdo in fine ſui eſt ut crux,
peregrinationem cauſa deuotionis aut honoris indico. Sed hoc
mirum eſt ꝙ poſt effectus iſte lineæ ſe remouent, & mutantur
in colore ſuo, ſeu delentur. Et quando effectus ſunt futuri ſunt ru
beæ & coloratæ, & quando propinquus eſt effectus deueniunt
ad intenſum colorem, ut infinitis uicibus notaui, & uidi eſſe ue
rum. ¶ Mars cum ſua poſitura diuerſa itinera promittit, & 8
ſimiliter angulus ſupremus ualde ſeparatus. ¶ Lineæ mul- 9
tæ poſitæ in loco Lunæ ex quacunq; forma, itinera aquatica de 10
clarare dicemus. ¶ Figura ut crux conglomerata in qua-
drangulo, (ut in libro ſecundo Phyſonomiæ) uidere licet, capi
tulo uigeſimo ſecundo, de monte indicis, itinera multa oſtendit 10
cum paupertate & infortunio. ¶ Si linea menſalis ſub medio
digito foramen cum aliquibus rimulis inter ſe diſtinctis ha-
buerit, plurimas regiones ac etiam loca peragrare, tamen ſi-
ne aliquali utilitate dicunt ipſam aperte ac manifeſtiſsime ſi-
gnificare. ¶ Linea quædam oriens a Raſcetta quaſi in loco Lu 12
næ collocata uerſus & ſe extendens per caueam uſq; ad tu-
berculum indicis, aut ſi ab ipſo digito indice oriatur, & ex-
tendatur quaſi quouſq; ad Raſcettam, dicunt quidam ſapien-
tes magnam maximamq; uagationem & peregrinationem

13 ſignificare. ¶ Quando duæ lineæ naſcuntur a raſcetta & ua-
dunt per medium caueæ & in extremitate ſint diſperſæ, inſta-
bilem ſignificant peregrinationem & uagabundum, diuerſa-
14 rum regionum habitatorem & pauperem. ¶ Dicunt etiam ꝙ
quædam crux in quadrangulo pulchra ex oppoſito illius ſpa-
cii, quod eſt infra medicum & auricularem, peregrinationes
15 cum labore ſignificat. ¶ Si in inferiori parte lineæ mẽſalis fue
rit figura ut hic. Y. mori in itinere dicunt ſignificare. ¶ Li-
16 neam ſaturninam in concauo manus, itinera multa dicũt ſigni
ficare. Si fuerit extenſa uſq; ad radicem medii & emergens a
raſcetta, longa itinera ſignificat, tamen cum grauibus iactu-
ris, ſi radix genituræ non obuiabit. Si ſupranotatæ lineæ ſint in
terſectæ aut non continuæ, impedimentum aut infortunium de-
nunciant in itineribus ſuis.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

MAxima admiratione ducor in expoſitione huius capituli ac ſignorum eiuſdem conſideratione. Ad quid. ſ. Cocles dixit hæc ſigna ex deuotione itinera ſignificare, & hoc deuotionis gratia. Sciendum autem ꝙ multa ſigna huius capituli ſunt ſignificatiua itinerum cum offenſione Saturni, ſiue Saturno infortunato. Tale autem impedimentum aut infortunium non poteſt iudicari ꝙ ſubito fiat, ſed tarde & per cõtinuum tempus, & etiam non cum maximis laboribus aut anxietate. Et ideo poteſt iudicare ꝙ ſignificent itinera ex deuotione, eo ꝙ ſint melãcholica & laborioſa. ¶ Quo ad. 3. ſignum capi. 212. ſciẽdum ꝙ ſi Cocles hunc ſignum conſideraſſet, non adeo ipſum Corunum uilificaſſet. cap. 146. ſigno. 2. ſed tamen ſibi compatiendum, nam fatuus & inſipiens erat. ¶ Quo ad. 5. ſignũ. 214. ſciendum ꝙ proprium ſignificatum ipſius eſt connotare labo-

res & itinera propter honorem. ac ſciās acquirēdas in locis di
uerſis ſimiliter et diuitias Not. quoq; ꝙ talis iterſecatio linea
rū aliqñ magis uerſus nālē aliquādo uerſus Mēſalē. Et qdē qñ
uerſus naturalē, ſignificat itinera ꝑpter honorē. ac ſcientias, et
ēt propter duritiem ac capitis obſtinationem. Quādo autē uer
ſus Menſalem ſignificat itinera propter honorem ac diuitias.
¶ Circa. 8. ſignum eiuſdem capituli idem poſſumus indicare
propter obſtinationem aut capitis duritiem. Nam quotiēſcunq;
Angulus ſupremus ſeparatus eſt uolubilitatem ac capitis leui-
tatem ſignificat Vnde & a propria patria Vagi ac profugi
exulant. ¶ Quartumdecimum idem eſt cum. 5. ſignum.

¶ Cap, ccxv. De odio propinquorum.

QVando linea gignitiua ſeu mēſalis facit duos 1
ramos quorum alter uadat ad infamis tuber
culum alter ad indicis mōtem propinquorum
odium ſub ſpe bonorum & fortunarum eius
ut dicūt priſci atq; aliqui moderni oſtendūt. 2
¶ Talis figura. E. in loco Iouis ſignificat ꝙ quādoq; parētes
eius cum odio habebunt. ¶ Si tuberculus Saturni ſit cum uber 3
rima copia linearū, & linea ſaturnina emergat a raſcetta &
extēdat ſe ad radicē ipſius digiti medii, odium atq; ingratitu
dinem parētum promittit. ¶ Scutum aut paruus triangulus 4
aut ſpherica forma bene cōditionata in loco Iouis a propinquis
habebitur odio. ¶ Qui habet lineas ſubtiles in radice digiti ſo
lis plus q̄ alibi inimicitias cum propinquis ſeu affinibus paren 5
tibus arguit. ¶ C. Littera, in monte Iouis, odium parentum in-
dicat. ¶ Duæ lineæ emergētes uerſus dorſum manus, in monte 6
manus cauſantes angulum acutum quarum extremitates fle- 7
ctantur uerſus raſcettam. odium propinquorum aut litigium
cum affinibus ſeu parentibus arguunt.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

¶ In iſto cap. conſiderandum eſt illud quo dictum eſt in capitulo. 119. ¶ Quo ad quartum ſignum uideatis id quod dixi in capitulo. 119. & iſta eſt contr adictio quinti capituli primæ partis. 2. lib.

¶ Cap. CCXVI. de lite cum eccleſiaſticis.

RImulæ acherentes a media naturali ſiue ſuperius, ſiue inferius, ſi ſint arcuatæ & nimis apparentes, grauem litem in rebus eccleſiaſticis, aut cum eccleſiaſticis apertiſſime dicunt demonſtrare.

¶ Cap. CCXVII. de his qui ſint paucorum uerborum ratione magnæ cogitationis.

HAbens multas lineas in medio plus q̃ alibi, & ſpecialiter quando quædam linea oritur a raſetta et extenditur ad digitum Saturni, hi ſunt paucorum uerborum & cogitabundi, & tales etiam ſunt de natura Saturni.

¶ Cap. CCXVIII. de his qui ſint a radice diuites uſq; ad ſenectutem in negociationibus & mercibus degunt, & præcipue in rebus ſaturninis.

ILli qui habēt multas lineas in digito medio pluſ q̃ alibi, & ſpecialiter lineam ſaturninam orientem a raſetta & terminantem ad radicem digiti medii, Si diuites ſint uſq; ad ſenectutem in negociationibus & mercimoniis ſemper erunt.

¶ Cap. CCXIX. de his qui ſunt a radice pauperes ſemper erũt laborioſi & in iacturis.

SI talis poſitura, ut in præcedenti cap. dictum eſt reperiatur in ſubiecto paupere a radice, illud ſēper erit laborioſum & in iacturis ſubmerſum.

¶ Cap. CCXX. de his qui ſi ſint a radice diuites, læduntur ab

ægritudine neruorum.

ILle qui a principio ſuæ natiuitatis naſcitur in diui-
tiis & habet ſaturninam lineam & digitum Sa-
turni lineatum, ut in præcedenti cap. dictum eſt, læ-
dentur ab neruorum ægritudinibus.

¶ Cap. CCXXI. de his qui peruenimt ad dignitatem militaré.

FIgura ut hic. C. in mõte Iouis oſtendit q̃ habẽs 1
illam a Regibus erit dilectus, & erit dux uel re-
ctor exercitus. ¶ Figura ut hic. B. in triangulo
oſtendit q̃ habens erit diues & familiaris prin 2
cipibus, aliquando quoq; erit ductor exercitus.
¶ Triangulus equilaterus non tenuis in manu cum linea Solis
habens locum ſolarem fortunatum, dignitates militares oſten
dit, ut ego obſeruaui. ¶ Linea cardiaca & media naturalis cõ 3
nexa cum angulo ſummo acuto & rubra nõ tenuis cum ſolari
poſitura fortunata atq; liberis monticulis & proportionibus 4
ad diſciplinam militarem aſcenſurum notaui pluries, dummo
do habitudo totius nõ ſit ualde effœminata. ¶ Vidi & iudica
ui illuſtriſſ. Dominum Principem Franciſcum Gonzagam Mã
tuæ Marchionem qui manum talem habebat. Erat enim ma-
nus ſolida atq; dearticulata in medio concaua, & mons Vene
ris tumidus atq; lineatus & lenis. Iupiter ſatis bene proportio
natus. Locus Saturni ex lineis conglomeratis & tenuis. Lo-
cus Solis cum pluribus lineis, præcipue in radice interciſis.
Mercurius medio modo ſe habebat. Luna erat ſufficienter be-
ne figurata. Linea media naturalis non tranſiens concauum
manus. Et erat cardiaca coniuncta cum quodam angulo acuto
aliqualiter, dextra autem erat infima, & non tenues lineæ. So-
ror lineæ uitalis poſita in monte Veneris ſimul annexa cum li
nea media naturali in diametro digiti indicis montis, quaſi

ad ſilueſtrem partem protenſa quaſi ad finem cardiace cum
equali cõditione ut mera ſoror, præſertim in manu dextra. Etiã
ſoror lineæ cardiacæ in cõcauo manus a iecorali linea conſtitue-
batur triangulus. Linea mẽſalis cõtinua craſſa & rubra uſq;
ad indicis mõtem. & habebat quadrãgulum latum cum æqua
li latitudine.

¶Cap.ccxxii. De comeſtoribus & uoracibus,

1 QVi habet multas lineas in digito medio pluſq̃
alibi & ſpecialiter quãdo quedam linea ori-
tur a raſcetta extendens ſe ad ſaturninum digi
2 tum, tales ſunt comeſtores magni ut in pluribus
notaui. ¶ Comeſtores magni ſunt illi qui habent maiorem di-
ſtãtiam ab umbilico ad pomum granatum q̃ ab umbilico gra
nato ad furculam gule, quoniam hi habẽt uentrẽ magnum ma
3 iuſq; receptaculum. ¶ Dentes oblongi & præcipue canini &
inequales aut ſe ad inuicẽ equitãtes & ſuperiores in ordine æqua
liter ad inferioriores nõ cõiungũtur in claudẽdo, & præcipue
quãdo ſub naſo eſt eminens ratione oſſium. Comeſtores deuora-
4 tores ac guloſus indicãt. ¶ Manus intorte, id eſt ualde torte et
tenues aut curte & giboſe uoracitatem promittunt.

¶Tricaſſus Mantuanus.

PRimum ſignum huius capituli quando inuenit
communiter inuenitur in aliquo ſubiecto infime
conditionis, & tales ut plurimum uiuunt ex p̃
prio labore & ſũt uiles & ignaui, & quicquid
habent deuorant. Videatis etiam. cap. 123. & ſimul eorũdẽ ſi
gnificationem comparare poteritis. ſimiliter & cap. 224.

¶Cap.ccxxiii. De largitate propter uanam gloriam.

¶Si linea media naturalis non contingat in puncto uitalem li
neam, tunc largitatem ſignificat propter uanam gloriam ut

dicit

dicit quidam auctor cuius nomen ignoro.

¶Tricaſſus Mantuanus.

¶Quotienſcunq; inuenitur Angulus ſupremus eſſe ſeparatus
ſcilicet Naturalis & uitalis diſtantes & non ſimul unite ſigni
ficat non multum exiſtimare diuitias tempore iuuentutis ſuæ,
Et hoc magis prouenit ex capitis leuitate q̃ ex liberalitate.

¶Capitulum.ccxxiiii. De his qui in agricultura & edificiis
delectabuntur & ad diuitias ſaturninas peruenient.

Qui habet multas lineas ĩ digito medio plus q̃ ali
bi. & ſpecialiter quãdo linea ſaturnina oritur a
raſcetta & radicem Saturni pertingit, habentes
in agricultura & in edificiis delectabuntur &
hoc intelligitur quãdo iſta linea eſt bene conditionata. Aliqui ap
pellant talem lineam proſperitatis, ſed in rei ueritate mentiun-
tur, quia iſta linea eſt mater anxietatis, atq; laborum & ini-
miciarum in totum periodum uitæ. Remiſſiue autem poſt com
plementum annorum ſaturninorum, Poſt illud uero tempus dat
diuitias fixas, quemadmodum eſt in domo agris & etiam ſub
terraneas actiones promittit. Aliqui dicunt ꝙ iſta linea ſi non
fuerit male conditionata arguit nouarum ſcientiarum inuento
rem, & edificatorem in edificiis ſtruendis liberalem, inaliis
autem rebus auarum in agris et hortis inſtaurandis maxime
idoneus exiſtit. Omnino qui habet talem lineã, ſi bene fuerit Rex
uniuerſi, habebit inimicias labores perſecutiones & etiam con
iurationes contra eum. ¶Quando una linea oritur a mẽſali et
extenditur per mõtem medii uſq; ad radicem digiti medii cũ 2
trinaria proportione ſine maximo impedimento poſt periodum
Saturni arguit diuitias in agris & domibus, & talis delecta
tur in edificiis & ſimilibus. ¶Quando una linea oritur a li-
nea uitæ, & uadit per medium cauee manus cum trinaria di- 3

mẽſione, & terminatur uſq; ad radicem digiti medii uel circa diuitias ſaturninas poſt periodum Saturni arguit, ut pluries notaui. & hoc teſtantur aliqui illuſtres auctores.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

IN. 1. ſigno huius capituli uideatis capitu. 121. ¶ Sciẽdum autem ꝙ iſta mea aſſignatio capitulorum præcedẽtium ſemper fit hac de cauſa ut ſimul utrorũq; ſignificatio ꝓportioẽtur rectius q; uera ſignificatio ualeat haberi, cõſiderãdo tamẽ cõditionẽ ac ſtatũ perſonæ illius in qua huiuſmodi ſigna repiũtur. quo etiã ad illud quod dicit in hoc. 1. ſigno. ſ. ꝙ Saturnina ſignificat inuẽtorem nouarum rerum ac ſciẽtiarum, ſciẽdum eſt ꝙ q̃ñ ipſa linea talẽ retinet ſignificationẽ nũꝙ trãſit naturalẽ & uerſus raſcettam ſemper eſt groſſior & euidẽtior ꝙ uerſus naturalem. ¶ Cũ autem dicit ꝙ Saturnina ſemper ſignificat perſecutiones inimicorum falſum eſt cõtra propriam ſignificationem ipſius lineæ tãtummodoq; hoc ſignificat quãdo eſt tortuoſa & male formata. Et etiam aliquãdo tales contrarietates ſunt propter accidẽtia naturalia & aduerſitates naturales in rebus Saturnalibus, ut in ſubſtãtia ac diuitiis. Aut ẽt ſignificat maximos labores ꝓpter anxietatẽ ac maximam Auaritiã ipſe quoq; hanc meã expoſitionẽ cõfirmat in cap. ſequẽti. 31. ſigno. ¶ Quãtũ aũt ad id quod dicit, 3. ſigno, Sciẽdũ ꝙ aliquãdo accidit ꝙ Saturnina inſimul unitur cũ uitali, dicitur lineã eſſe a uitali egrediẽtem. Vnde ut ipſã Saturninã cognoſcere ualeatis quocunq; inueniatur Not. ꝙ quãdo talis linea egreditur a Vitali circa Angulum dexterũ uel circa locũ ipſius Anguli dextri (ſit quocunq;) ſemper & proprie dicitur eſſe ipſa Saturnina. Illa autẽ quæ dicitur eſſe ramuſculus lineæ Vitalis intelligitur eſſe illa linea quæ ab ipſa Vitali egreditur uerſus concauũ

manus. Et etiam dicitur eſſe alia linea/a/Saturnina ſeparata.

¶Cap. ccxxv. De diuitiis bonis in uniuerſali.

Littera. A. in radice indicis diuitias plurimas ui/ 1
detur denotare. ¶ Littera. G. in monte manus ſi
gnificat homines recipiẽtes bona propter fœmi
nas nobiles & magnas. ¶ Lineæ quædam a me 2
dio radicis brachii per reſtrictam trãſeuntes & attingẽtes li
neam uitæ uel mediam naturalem ſignificant multitudinẽ lu/
cri. ¶ Linea uitæ habens ramos extenſos uerſus ſuperiorẽ par 3
tem ſignificat diuitias cum honore. ¶ Linea mẽſalis recta &
ſubtilis in fine ſui uerſus montem indicis ſiue in parte ſuperio/ 4
ri ſignificat dominationẽ ſubſtãtiæ. ¶ Linea menſalis ſi habue 5
rit ramos rectos & non impeditos uerſus ſupremam partem 6
aſcẽſus & honores cum diuitiis arguit. ¶ Soror lineæ uitæ in
monte policis cõtinua cum trina portione & colore ad princi/
piũ lineæ uitæ, uſq; ad reſtrictam diuitias in tota uita ſignifi/
cat. Et ſi per totum non fuerit protenſa ubi reperitur in nulla
ætate in diuitiis augetur. Et in illo diametro ubi deficit in illa
quoq; ætate deficiẽt lucrum & diuitiæ. ¶ Lineæ quædam par 7
ue bene colorate procedentes a radice digiti indicis ac recte tẽ/
dentes ſuperius augmentum in bonis denotant, & honorem ab
excellẽtibus uiris. ¶ Lineæ coniungentes ſe in mõte medii reſpi 8
cientes digitum bonum futurum demonſtrat. Idem in indicis
monte promittit, ut aiunt aliqui. ¶ Lineæ quædam orientes a 9
radice manus, & rectæ extendant ſe in monte eius & ſint be/ 10
ne colorate, continuum bonum denunciant. ¶ Figura ut ſtella
ſuper dorſum indicis, luxurioſum uirum oſtendit & fore per 11
uenturum ad aliquod beneficium uel honorem mulierum cau/ 12
ſa. ¶ Linea in raſcetta quæ eſt ex parte manus, ſi fuerit con
tinua recta & bene colorata tendens ad ſuperius. Si ſit di/

ues ſemper erit & ſi pauper & infortunatus.emẽdabitur eius
fortuna,& ſpecialiter quãdo dicta linea habet ramos rectos et
12 non ſciſſos.¶Scutum uel triangulus aut ſphericá forma ſi fue
rit in mõte medici,erit homo honeſtæ uitæ, & diues omnibus
13 diebus uitæ ſuæ.¶Talis figura.B.in mõte Iouis ĩducit magnã
14 fortunam & diuitias multas.¶Si in linea uitæ iuxta raſcet-
tam manus ſint lineæ ut crux uel ſtella diuitias ſignificat in ſe
15 nectute.¶Si in principio lineæ uitæ ſint interſecationes ubi for
mantur duo ſtellæ,talis erit glorioſus ſm ſtatum in quo eſt.
16 ¶Si inter pollicem & cardiacam lineã ſint multæ lineæ qua
17 ſi perpẽdiculariter uerſus lineã uitæ,talis diues erit.¶Si ſub
linea capitis fuerit crux,ſignificat ꝙ diuitias acquiret cũ pœ
na & labore.¶Quãdo in linea uitæ aliqua eminentia ſiue ca-
18 rũcula carnis ſiue porrũ aut nigellus.diuitias ſignificat.¶Si
linea mẽſalis reſpiciant digitum medium a latere indicis.iuua
16 bitur a fortuna.Oportebit cũ tamen aliquando adulatorẽ eẽ, et
unico uti amico adiuuamẽtum fortunæ ſuæ.¶Si linea mẽſalis
prope pedem uel finem eius uadat inter indicem & medium ſi
20 gnificat ſufficientiam in uictu,& in his qua neceſſarie ſunt ut
aiunt aliqui.Alii ſic ſcribunt ꝙ ſi ſecat digitum medium iuua
bitur a fortuna,& ſi intrat digitũ mediũ nunq̃ erit ſine angu
ſtia & labore.& iſtis magis credẽdũ eſt ut experiẽtia manife
ſtat.¶Si quedam linea cadat inter mediũ & medicũ ab earũ
radicibus & coniungatur in monte medii reſpiciens medium
21 ut patet in.2.lib.cap.24.de monte medii futurum bonum indi,
cat,et hoc idem ſignificat in monte indicis.¶Quædam linea
naturaliter bene diſpoſita & craſſa & bene colorata inter me
22 dicum & auricularem & deſcendat quaſi a radicibus prædi-
ctorũ digitorum,& tendat uerſus mẽſalem excellẽtem ſta-
tum ſignificat.& hoc bonam fortunam,ſubſtantiam aut diuĩ

tias cum largitate indicat. ¶ Si quædam lineæ oriantur a ra- 23
dice manus & rectæ extendantur per montem manus ſi fue-
rint bene colorate, ſi quis ad præſens malum habet letetur. quo
niã bonũ habebit. ¶ Linea ſolaris quã aliqui appellãt lineã ꝓ 24
ſperitatis, alii lineã magiſterii, alii lineam ingenii, alii lineã re
galẽ, alii lineã fame alii lineã honoris, alii lineam lucri ſi oria-
tur a mẽſali, & cum trinaria proportiõe ad radicẽ digiti me
dici aut annullaris deuenerit, diuitias deſignat maxime ſi tu-
berculus ſit bene fortunatus, ¶ Si triangulus equilaterus fue- 25
rit & in eius ſummo angulo ſemicirculus uitali annexus exti
terit, cuius cornua uitalem inſpexerint, fortunarũ & bonorum
argumenta gradatim denotabit, ut ſophiſticus chyromãticus
Anthiocus oſtendit ſibi placere, & ut etiam dicunt aliqui mo-
derni. ¶ Si in primo articulo policis fuerint lineæ ut cruces di- 26
uitias dicunt ſignificare. ¶ Dixit Vgo ſi lineæ paruæ procedunt 27
a radice indicis bene colorate tẽdẽtes ad inferius bonum ſigni-
ficant & quãto propinquiores ſunt tanto maiora bona oſtendũt
& talis in bonis augumẽtatur & ab excellenti perſona honora
tur, & lineæ ſupradictæ apud phyſonomos radii uocãtur, quod
etiam in clericis dignitatis augumẽtum præbet. ¶ Sribit Vgo 28
ſi unica linea uel plures ſub radice medii tranſeat ex tranſuerſo
ſine ali quibus lineis, omne bonum & bonam fortunam ſignifi-
cat. ¶ Miror ꝙ Vgo dicat ꝙ ungues curui, pecunie abundan 29
tiam ſignificẽt. Tamen credo hanc eſſe ratio quia metaphori-
zando tales referuntur ad animalia rapacia: quæ propter un-
gues curuos bene rapiunt & melius retinent, ſicut colerici qui
ſunt rapaciſſimi, ideo de eis non confidas quoniam eorum abũ-
dãtia eſt propter malum. ¶ Quando linea proſperitatis. ideſt
Saturnina ad reſtrictam & ad medium deuenerit, & fuerit 30
continua cum bono colore & non interſecta, diuitia cum pro-

31 ſperitate & infœlicitate uſq; ad mortem arguit. ¶ Talis figu
32 ra.D.in loco.Martis aliquando eſt fortunata.& habentem for
33 tunatum facit. ¶ Linea ſaturnina emergens a radice manus
uel brachii & extenſa cum trinaria proportione uſq; ad radi
cem primam medici a latere auricularis proſperitatem deſi
34 gnare uidetur. ¶ Si quedam lineæ oriũtur ex linea capitis uer
ſus menſalem & faciant triangulum cum linea menſali,futu
ram præbendam notant.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

Circa.4.ſignum huius capituli ſciẽdum ꝙ ta
les rami non ſolum intelligũtur ut ipſe ſcribit
in.ſecũdo libro.ſed etiam hoc idem ſignificari
dicuntur quãdo ipſa Vitalis eſt ueluti trifur-
cata,aut plures ramos in fine protẽdat ĩ ipſa Raſcetta,qui qui
dem rami ab inuicem ſint differentes. ¶ Quo ad.7.ſignum.
Not.ꝙ illud quod dicit de illa interſecatione ſiue interruptione
ipſius lineæ ſm diametrum ad ipſam uitalem falſum eſt. Et ſi
militer id quod dicit de integritate ipſius lineæ. Non.n. illa eſt
ſua propria ſignificatio,immo ſignificat.luxuriam,magis au
tem & minus quo magis fuerit integra aut minus continua.
¶ In.9.autem ſigno ſciendum eſt ꝙ illud eſt.4.ſignum quod
ipſe exponit.in.22.ſigno huius capituli,illa tamen expoſitio eſt
falſa,& talis linea debet eſſe deſcẽdens quodãmodo ia menſa-
li uerſus Digitos ſiue uerſus montem talium digitorũ. ¶ Quo
ad.20.ſignum.Sciendum ꝙ faciliter poſſet hic eſſe deceptio.ſ.
in cognitione finis ipſius Menſalis quando inter Indicem et me
dium terminatur . Hoc namq; quod ipſe Cocles hoc in loco di-
cit intelligendum eſt quando non multum inclinatur uerſus ip-
ſum digitum Medium magis autem Indicem uerſus demum
autem quaſi ex ſubito in ipſo inter utrorumq; Digitorum me-

dio reflectititur. Si autem magis inclinaretur uerſus Medium
(ſcilicet ꝙ in oppoſito eius exiſtens, inter Digitorum medi-
um ramuſculum extenderet) ſignificat Vitam laborioſam. ſi-
cuti etiam ipſe Cocles alibi dicit. Et hoc modo poteſt huius li-
neæ finis ac ſignificatio haberi. ¶ Quo ad. 21. ſignum eandem
quoq; met differentiam proportionaliter habere poteritis quã
ſuperadiximus de ſigno. 20. et de eodem ſimile iudicium profer
re. ¶ Quo. ad. 28. ſignum ſciendum ꝙ tales lineæ intelligun-
tur deſcendere a radice digiti uerſus mõtem ipſius Indicis, ali
ter uulnera ſignificarent.

¶ Cap. CCXXVI. de homicidiis & malis hoĩbus ĩ uniuerſali.

Figura ut. D. in triangulo, hominem paricidam 1
ſignificat, ſed fortunatum. Videatis. 32. ſignum
cap. præcedẽtis. ¶ Si in digito Mercurii fuerint 2
lineæ non apertæ, ſed obſcuræ, habens inſidiator
erit, & fur, & ad maleficia paratus, & omni
malo plenus. ¶ Linea quedam ſupra lineam uitæ iuxta infe- 3
riorem partem montis policis quaſi cadens uel iacens, malum
hominem ſignificat & expertus loquor. ¶ Linea media natu 4
ralis non extendens ſe ad pectus manus, ſed uniens ſe uel appli-
cans ex oppoſito medietatis medii, ſignificat hominem prauæ
uitæ. ¶ Linea media naturalis uertens ſe ad digitos in fine ſui
nequam & impudentem uirum oſtendit. Et ſi multum tendit 5
uerſus digitos, habentem ſtultum & inſipientem indicare debe
mus. ¶ Linea media naturalis groſſa, & profunda nimis 6
cum quibuſdam paruis lineis & ſignis ſibi apparentibus cum
intenſo colore, uulnerationem oſtendere dicemus. ¶ Linea ce- 7
rebri habens intra ſe queda; ſpacia ſicut circuli cõpleti, aut ut
ſemicirculi, quot erunt figuræ, uolo ut ſcias tot homicidia ma
nifeſte oſtẽdere, aut aliquam magnam & grauem uulneratio-

nem,præſertim niſi ſupranotati circuli a martialibus lineis in
8 tenſis non habeant auxilium. ¶Figura ſemicircularis in qua
drangulo, & quodammodo unita alteri linulæ aliquantulum
tortuoſæ & interſecatæ,humani ſanguinis ferum deſignat ef
9 fuſorem. ¶ Aiunt aliqui quorum nomina ignoro. Quando li-
nea menſalis cum media naturali facit quaſi angulum, dũmo
do nõ claudat ipſam & diſtat a proportione ſua,hominem ſan
guinolentum ſignificat,qui propter inuidiam homicidium per
10 petrabit,aut effundet ſanguinem.¶Linea quæ debet facere an
gulum dextrum non coniungens ſe cum linea uitæ,malignita-
11 tem animi oſtendit ſine ſtabilitate,fide,ac conſcientia.¶Sini-
ſter angulus obtuſus indicat ruditatem ingenii & malam cõ
12 ſcientiam.¶Multæ ſubtiles lineæ & interciſæ uel conglome-
ratæ in monte policis,mendacium & fornicationem denotant.
13 ¶ Linea quædam ſemicircularis & craſſa ad anularem,peſ-
ſimum debitorem,male morigeratum,infœlicem, atq; animæ
14 male oſtendit.¶Vngues curui aut ualde breues, maliuolum,
15 & diſcordem innuunt.¶Manus carens pilis,malos mores,ho
minem ſtultum,proſumptuoſum,fatuum,atq; deterrimum in
16 dicat. ¶Linea media naturalis quando non coniungitur cum
linea uitæ,& notabiliter diſtat,malum,et uitioſum hominem
dicunt arguere.¶ Linea uitæ groſſa inter policem & indicem
17 ſignificat inclinationem ad homicidium, & ingenioſum ho-
minem in actionibus malis.¶Si in linea uitæ reperiantur quæ
18 dam grana rubra uel puncturæ inordinatæ,tales habentes mo
uebunt lites propter luxuriam:unde ſanguis effundetur,& ui-
ta uel membra hominis amittentur.¶ Quando inuenitur men
19 ſalis quæ in ſummitate aut prope dimidatur,duoſq; efficiat ra
mos,unum ad indicem, alterum ad medium, dicunt deceptio-
20 nem atq; perfidiam ſignificare. ¶Si linea medianaturalis

habeat quaſdam puncturas groſſas & terreſtres,ineptitudi-
nem morum oſtendit, & naturam ferinam. ¶ Linea media, p 21
funda & tortuoſa, fortis ruboris, iram & conturbationem ſi
gnificat, quaſi per occiſionem factam, ſeu fiēdam. ¶ Si in ma 22
nus caua quaſi duo. C C. connexa fuerint, ad interficiendum
hominem inclinationem demonſtrant. ¶ Linea uitæ quando 23
equa menſura craſſa fuerit & ualde rubra, indignabundum,
iracundum, & crudelem indicat, exigua ratione, & regimen
habet exiguum, ut ſuperius notaui. ¶ Scribit Coruus, quando
menſalis cum media naturali innodabitur, hoc eſt quando li- 24
nea menſalis in ſua ſummitate flectatur ut ſemicirculus, cuius
caput attingat media naturalis, ſignificat hominem malo in
genio calumniatorem, homicidam, effundendi ſanguinis aui-
dum, & eo magis quando linea uitæ equitatur in ſui initio a li
nea cerebri cauſante angulum in duas partes inter policem &
indicem. ¶ Quando inueneris quaſdam lineas rectas a media 25
abeuntes & ad menſalem tendentes infra digitum medium,
hominem futurum homicidam, ut dicunt, atteſtatur.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

Circa expoſitionem. 5. ſigni huius capituli, ſciēdum ꝙ ad huiuſmodi ſignificationem talis linea, nō multum ſe debet extendere uerſus concauum, immo debet eſſe breuis. ¶ Cum autem dicit ꝙ ſi multum flectatur uerſus digitos, fatuītatem notat, falſum dicit, ſeq; hanc doctrinam ignorare oſtēdit. Nam huiuſmodi effectus ac etiam ſigna eorundem ſignificatiua adinuicem cōtrariantur. Etenim quādo naturalis flexa ad digitos, fatuitatem notat, eſt lōga & aliq̃tulum extēſa. Et etiam nō proprie fatuitatem dicitur ſignificare, ſed aliqualem cerebri debilitationem, ſiue uirtutis fantaſticæ ex ali-

quo temporis influxu propter humores melancholicos. Et ideo
notanda eſt iſta differentia, quoniam multum iuuat in iudiciis
4 dandis. ¶ Quo ad. 7. ſciendum ꝙ tales figuræ non ſunt pro-
priæ circulares, ſed ſunt ueluti quadræ aut nō perfectæ circula
res unitæ autem ipſi naturali. ¶ Quo ad. x. ſciendū ꝙ quādo
in tali angulo eſſent aliquæ lineæ interſecantes ſeinuicem in mo-
dum crucis, minuunt malignitatem ipſius effectus ſignificati
propter diſiunctionem ipſius anguli dextri.

¶ Cap. CCXXVII. de his qui infeſtantur ex catarro, ſciatica, & doloribus qui cauſantur ex reumate.

1 APud phyſonomos impoſsibile eſt particulariter &
gradatim diſcernere effectu & omnes qui cauſan
tur a catarris. Nam catarrus aliquando deſcendit
ad pulmonem & generat ethicam cōſumptionem.
Aliquando deſcendit ad nares & uocatur brāchos,
aliquando ad fauces, aliquando ad ſcia, & uocatur ſciatica.
Deſcendit etiam ad alia loca quæ breuitatis cauſa taceo. Et hæc
ut dixi non poſſunt particulariter phyſonomi iudicare, niſi in-
ueniantur particularia ſigna a peritis obſeruatoribus memo-
rata, aut niſi applices multas relationes adinuicem. Et hoc ca-
pitulum eſt cōnexum cum illo, in quo tractauimus de ægritu-
dinibus capitis, cap. 5. Et ſic nota de aliis, ut ingenium tuum
2 ſit intenſum cum meris radicibus phyſonomiæ. ¶ Quando in
ueneris mediam naturalem oblōgam uſq; ad percuſſionem ma
nus, materiam deſcendentem a capite denotat. Et per totum ſuū
periodum nunq̄ eſt ſine materia deſcendēte ad aliquam partem
5 ſui corporis. ¶ Scias ꝙ uerus terminus huius lineæ eſt uſq; ad
finem caueæ manus, & quādo intrat in monticulo, non eſt ſine
mala cerebri fixione cum materia aut ſine, & in ſenectute ſunt
4 ægri. ¶ Multæ rimulæ paruiculæ circa ultimam iuncturam

policis, materiam catarralem aut deſcenſibilem notat. ¶ Li- 5
nea media naturalis non continua & obſeſſa a multis lineis ca
tarrum aut ſinanchiam denotat. ¶ Linea cerebri male condi-
tionata, & locus baſis trianguli male diſpoſitus, aut ſm eſſen
tiam loci, aut catarralem diſpoſitionem promittit.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

¶ Ad notitiam huius capituli ſciendum ꝙ per iſtas infirmita
tes catarrales intelliguntur etiam dolores illi qui in iuncturis
ſentiuntur propter mutationem temporum. ſ. calidi & humi-
di, & frigidi & humidi. Et hoc proprie ſignificat primum ſi
gnum & etiam ſecundum.

¶ Cap. CCXXVIII. & eſt uniuerſale, de paupertate, damno, & infortunio.

Signa depicta in monte indicis, ut in lib. 2. cap. 5. ſe 1
cundæ partis dictum eſt, pauperem hominem ſi-
gnificat, & eum qui damnum patietur. ¶ Linea 2
uitæ habens ramos tendentes ad inferius, pauper-
tatem ſignificat, & infortunia, & eum qui dece-
ptiones a ſeruis patietur. ¶ Linea menſalis ſi ramuſculos ad 3
inferius tendentes, damnum, miſeriam, atq; infortunium denũ
ciat. ¶ Linea media tangens menſalem, maximum damnum 4
& infortunium demonſtrat. ¶ Linea menſalis nuda ſine ra- 5
mis ueniens ad radicem indicis, paupertatem, damnum, iactu
ras, & calamitates proſticatur. ¶ Linea ſemicircularis groſ
ſa in anulari digito, infœlicem hominem & male animæ ſigni 6
ficat. ¶ Digiti multum diſperſi, paupertatem, miſeriam, &
loquacitatem demonſtrant, ut patet manifeſte in mendicanti- 7
bus. ¶ Habentes multas lineas in digito medio pluſquam ali-
bi, & ſpecialiter quando linea Saturnina a Raſcetta emer- 8
git, & uadit ad radicem medii, in paupertate, & in labori-

bus ſemper erunt, & non eſt dubitandum ꝙ ſint ſine anguſtiis
etiam ſi eſſent Reges. Vidi magnam cateruam principum ex-
pulſam a dominiis ſuis, qui habebant montem Saturni conglo
meratum ex multis lineis, & aliqui habēt lineam ſaturninam
9 ſic extenſam. Et hoc intelligitur ſi eſt infortunata. ¶ Si linea
menſalis cum linea media naturali claudit angulum, bonorum
10 diminutionem ſignificat, ut perſæpe expertus ſum. ¶ Si in mō
te policis fuerint multæ paruæ lineæ interſectæ non perpendicu
11 lariter indicant hominem qui multa patitur ꝑ diuitiis. ¶ Si
quis habuerit quattuor foueas aut puncta quaſi nigra in pal-
12 ma manus, tribulationes & paupertatem ſuſtinebit. ¶ Si quæ
dam lineæ ut crepaturæ reperiantur in monte manus prope me
diam naturalem. Et quædam linea abſoluta ab eis lineis ſeu cre
paturis reſpiciat inferius ad brachium, ſignificat mutuātem
13 & ſemper debitorem eſſe teſtatur. ¶ Si quædam linea obliqua
ſit in digito medio, quicquid habuerit ex bonis fortunæ amit-
14 tet, & hoc intelligitur de diuitiis & honoribus. ¶ Si quidam
triangulus reperiatur in digito medio, infortunium maximū
15 ac deterrimum oſtendit. ¶ Si quædam linea reperiatur in di-
gito auriculari, & ortus eius ſit a radice digiti, & extenda-
tur per medietatem digiti, & ſit ſemicircularis & groſſa peſ
ſimum debitorem male morigeratum infœlicem, & cum qui
animam ſuam malignam habere ſignificat. Et ſi talis linea re
periatur ſub radice ipſius digiti in monte eius, & tuberculus
eſſentialiter ſit bene conditionatus. Talis ſua induſtria & ſoler
tia euitabit læſiones & damna. Et ſermo iſte de prædictis dua
bus lineis tenet in omnibus digitis. i. fortuna & infortunium
16 ſm diuerſas poſituras. ¶ Linea in principio cardiacæ exten-
dens ſe in caua manus, laſciuum, inconſtantem, pauperem, ac
17 maximum infortunium teſtatur. ¶ Linea raſcettæ manus ob-

liquæ non cōtinua et infecta, uagum, miſerum atteſtatur. ℭLi 18
neæ in indicis tuberculo interſectæ ut craticulæ, miſeriam de-
notant. ℭDigiti groſſi & parui ex quacunq; forma cum ar 19
ticulis craſſis, miſeriam atq; infortunium promittunt. Et qui
habet ultimas digitorum iuncturas groſſas & euerſas, tales
ſi diuites extiterint, giratione temporis & proceſſu depaupera
buntur. ℭVgo ſcribit. Si linea menſalis ueniat directe ſub me 20
dio digito, ſignificat contrarium bonorum. Alii dicunt inopiā
& ignominiam arguere, ut ego Cocles in manibus meis ha-
beo. ℭSi linea menſalis diuiſa fuerit, ſignificat contrarium 21
bonorum, maxime ſi ſit diuiſa per lineas aliquas, & hoc erit
ratione inimicorum. Et ſi tranſierint ipſam lineam, tunc ſunt
uel fuerūt omnino in actu ſuper ipſum. Et iſte lineæ (anteq̄ fiat
denunciatio) debent eſſe profundæ bene apparentes & colora-
tæ, & econuerſo, aliter denunciant. Scias ꝙ ſm antiquos pa-
tres ac inuentores, & etiam ſm Modernos linea menſalis rea
liter habet demonſtrationem ſuper inimicos, & ita menſa atq;
quadrangulus manus ſunt claues oſtenſiuæ inimicorū. ℭQuā 22
do media naturalis concauum manus tranſierit, rerum ino-
piam, uitam laborioſam deniq; ſignificat. ℭVngues plani et
pallidi infortunium dicunt teſtari. ℭTalis figura. E. in loco 23 24
Martis, facio ꝙ aliquis non eſt cōtentioſus, & malum patie-
tur. ℭSi in quadrangulo reperiatur quædam crux male di- 25
ſpoſita & male colorata, tortuoſa, inequalis, uel diſcontinua, ſi
gnum eſt mali & infortunii. ℭRami in fine cardiacæ reſpi- 26
cientes uerſus reſtrictam, paupertatem ac infortunium minā
tur, præcipue in ſenectute. ℭSi in radice indicis uſq; ad ſe- 27
cundam iuncturam eorum, ſiue circa illa ſpacia intermedia
ſit aliquis nodus carnoſus, uel pellis, ſubtilitas ſuffuſa pallore,
ſignificat laborem inordinatum quaſi continuum, & aduer-

ſitatem corporis ſui, ut dicunt quidam. ¶Cuncti tuberculi in fortunati, infortunium atteſtãtur ſm planetas infortunatos, infortunium exiſtima, utputa, Tuberculus Solis eſt infortunatus ratione loci & eſſentiæ, & lineamenta, infortunium tenent, ut apud principem, honore, fama, magiſterio, ſtudio, ſi ſubiectus eſt adequatus his quæ important in iſto loco ratione tuberculorum & digitorum, quia lineæ quæ diametraliter reperiuntur inter iuncturas digitorum ſi ſint interciſæ, infortunium, & iucturas teſtantur, ſm digitos planetis attributos.

¶ Tricaſſus Mantuanus

IN.15. ſigno huius capituli ſciendum eſt ꝙ proprie talis linea primo modo reperta ſignificat infortunium propter ipſius capitis leuitatem ac ſtultitiam, & maxime in laſciuiis ac inhoneſtatibus. Quo autem ad animi malignitatem, non eſt adeo crudelis, ut ipſe Cocles exponit. ¶Quo ad decimum nonum ſignum ſciendum ꝙ digiti intelliguntur groſſos eſſe in iuncturis, paruos autem in articulis, ſcilicet, inter ipſas iuncturas. ¶Quo ad uigeſimum ſextum ſignum ſciendum eſt ꝙ tales ramuſculi debent eſſe inclinati uerſus partem inferiorem ad oppoſitum illorum qui cap.225. expoſiti fuerunt. 4. ſigno.

¶Cap.CCXXIX. de morte extra patriam.

1 LIneæ quædam orientes a brachio uenientes per re
ſtrictam ad manum, immediate inciſæ & diſ-
continue, & in extremitate coniunctæ, ſignifi-
cant hominem in propria domo naſcentem, mo-
riturum tamen extra patriam, & multum per
orbem profecturum ſm quoſdam. Et ſi prædictæ lineæ ſe re-
ſpexerint adinuicem, & ſit magna inter eas diſtantia, deno-
2 tant mortem extra patriam in locis extraneis. ¶Lineæ quæ-

diam a medio radicis brachii per reſtrictam tranſeuntes & euntes per montem manus, ſignificant itinera maris, & hominem in itinerationibus moriturum. ℂRami in fine cardia 3
cæ reſpicientes uerſus reſtrictam, notant pauperem & extra patriam moriturum. ℂSoror lineæ cardiacæ in monte poli 4
cis, mortem extra patriam nonnulli dicunt ſignificare, & ſm locum in quo reperitur, ſic pronoſticandum eſt. ℂQuan 5
do baſis trianguli finitur in cauea & non adheret cardiacæ, facit hominem mori extra patriam cum maritimorum itinerum copia, ut dicunt. ℂDicunt aliqui ꝙ quando linea men 6
ſalis in ſuo principio methaphorizando ſit ut cathena, extra patriam ſignificat mori. ℂAngulus ſummus ualde ſepara 7
tus, aliquãdo mori extra patriam & uitam finire ꝓnoſticat.

ℂTricaſſus Mantuanus.

QVo ad 4. ſignum huius capituli ſciendum ꝙ tale ſignum tunc uerum eſt, quando talis linea multum diſtat a uitali, & linea uitalis eſt interrupta & terminata illo in loco in quo ipſa Soror reperitur. Vnde & Cocles dicit, ꝙ ſicuti reperitur, ita & eo in loco indicandum eſt. ℂIllud autem quod dicitur de ipſa ſorore ꝙ ſ. adiuuat ipſam uitalem ſi eſſet interrupta, intelligẽdum eſt quando ipſa ſoror eſt prope uitalem, ſiue propinqua.

ℂ Cap. CCXXX. de his qui ſunt mali debitores et negãt ſoluere creditoribus.

ſpirituū uiuacitate ac īgenii pſpicuitate ī quacūq; opatiōe aut exercitio cuiuſcūq; ſciæ ac facultatis taliſq; uiuacitas ꝓuenit ex aduſtiōe ipſius atre bilis quæ qdē accēſa exiſtēs ſed nō cū ue hemētia magis autē tēperate ipſi ſpūs uitales calidiores prom tioreſq; ī ipſa opōne fantaſiæ reddūtur. Et hoc ē ꝙ Galenus. 2. loco dicit ꝙ ſcia ī aīa pp cōplexionē colericā augmētaī. ℂ Vn de uidemus aliquādo ꝙ aliqui ī diſputatiōibus, aut lectiōibus, aut ī alio quolibet exercitio, qui ad iracūdiā ꝓmoti ab ipſa me moria ſubito uagātur uirtutē ipſius fantaſiæ depdēt. Et hoc ꝓ uenit quia dū ī ira accēdūtur nō ſūt tātæ uigoroſitatis aut uir tutis ꝙ ꝑualere poſſint ad diſcernēdū ſigillatim ipſas ſpēs ab inuicē pp ipſius caloris nālis debilitatē q qdē accēdit ſed qm̄ ſubiectū illd ē naturæ frigide aut flegmatice nō ꝑualet ipſi hu miditati aut frigiditati ita ꝙ uapores quidē illi mouētur & aſcēdūt ſed nō ſūt clari et lucidi īmo obſcuri humidi, & uiſcoſi qua tenebroſitate ac obſcuritate ipſi ſpiritus uitales remanēt ue luti ſtupidi nec ſollto p meatus ſuos diſcurrere ualēt, et ſpēs ac fantaſmata remanēt diſpſa ac diſgregata. ℂ Alii aūt ſūt qui quotiēſcūq; ī diſputatiōibus aut lectiōibus ad iracūdiā ꝓuocā tur prōptiores reddūtur multaq; ſibi fātaſmata occurrūt per optima nulla tamē hita ꝑmeditatiōe. Et q̄uis aliquādo ī uerbis iracūdis ꝓrūpāt, ueluti extra ꝓpōſitū, attamē hoc nō ex offu ſcatiōe ipſius fantaſiæ prouenit magis aūt ex animi eleuatione ac ingenii ſublimitate ipſoſq; audiētes īdignos eē taliū ſecreto rū diiudicātes, aut eorū ignorātiā cōſiderātes ex hoc ꝙ ea quæ ex ſui īgenii pſpicacitate euidētiſſima apparēt eos latēt, dedi gnati illos uiliſ faciūt. ℂ Alii quoq; ſunt qui in aliqua ſtimula tione ſcolaſtica ad iracūdiam prouocati ad ſtudium accedent & in una hora magis proficient q̄ alio tempore in duabus, & i hoc quia ꝓpter cholerā ſupradicto modo accēſam calore na

turali in propria uigoroſitate perſiſtẽte tales uapores in mate
riam ſubtiliſſimam reſoluũtur proproter quod fantaſia uigo-
ratur inſimul cum ipſis uitalibus ſpiritibus ac facillime per
proprios meatus decurentibus. ¶ Quo autem ad id ꝙ dicit in
principio. 4. Not. ſ. ꝙ prædicti effectus (quo ad ſapiẽtiam cõ-
ſequẽdam) dicũtur eſſe per accidens. Sciendum eſt ꝙ non om-
nes illi qui ſunt talis nature aut talia accidẽtia incurrunt poſ-
ſunt nec debẽt dici ſapiẽtes immo q̃uis talis natura aut accidẽ
tia cauſent ſupradictos effectus attamen pauci ſunt qui in ſe
habeant talem temperantiam aut talem perfectiõem attingãt.
Et hoc pluribus de cauſis quæ non ſolum impediunt tales effe-
ctus, immo & omnia in contrariũ operantur. ſ. ꝙ faciũt homi
nes in fatuitatem ac ſtulticiam prouenire. ¶ Prima namq; eſt
ꝙ homo nõ cognoſcit ſeipſum, & quando accidit ſibi talis ab
ſtractio neſcit a nociuis aut cõtrariis abſtinere utpote, ab ali-
qua graui fantaſia, ſiue triſtitia aut ab aliqua uehemen-
ti imaginatione debent quoq; proficuis uti ut pote aeris muta-
tionem, aut habitatiõis tranſmigratione, & cum ſociis in io-
cis cõmorari. Et hoc per maximæ obſeruandum in principio nã
poſt permittunt ſe regi niſi uiolenter. ¶. 2. eſt ꝙ quãdo iam
ſunt in huiuſmodi infirmitate prolapſi Medici multotiẽs nõ co
gnoſcuntur qua infirmitate grauẽtur et ſic dãt medicinas im
proportionatas primum autem remedium eſt caput purgare
ac fantaſiam adiuuare q̃ui aliqui cum ſuis fabulis obloquutio
nibuſq; dicãt primo deberi ſtomachum purgare quoniam ab
ipſo mali humores ad caput aſcendunt. Ego autem dico ꝙ pri
mo debent iuuare ac purgare caput, non ꝙ totaliter poſſit pur
gari niſi prius euacuato ſtomacho, ſed dico primo caput pur-
gari inquantum euacuari ab huiuſmodi humoribus thetris
& obſcuris, & ſi nõ in toto ſaltem in parte. Poſtq̃ autẽ aliqua

liter caput eleuatum fuerint purgandus eſt ſtomachus & ca-
put ſimul ratio autem huius eſt quoniam ubi maius periculum
imminet ibi & maior cautella eſt adhibenda. et primo. Ma-
ius autem periculũ imminet ab ipſo capite q̃ a ſtomacho, quia
ſtomachus ſemper poteſt iuuari nõ autem caput niſi cum ma-
xima difficultate, Igitur primo iuuãdum eſt caput. Et enim &
ſi caput non poſſit iuuari niſi purgato ſtomacho poteſt tamen
coroborari ne deterius fiat, ſicq; ſimul facilius & caput et ſto
machus liberantur. Et hoc ex experientia percepi anno domi-
ni. 1522. in quodam qui grauiter in huiuſmodi infirmitate la
borabat, & ſi bene recordor. Sebaſtianus uocabatur. Medici nã
ꝙ per. 3. menſes cõtinuos nil aliud dicebãt niſi ſtomachũ fore
purgãdũ, nihilq; ꝓficiebãt, nec ĩ aliquo minimo. Tãdẽ aũt de
ſperati dederũt ſibi potionẽ quadã que dicitur hãc uirtutẽ ha
bere ut mirabiliter cerebrum clarificet, qua accepta paululum
dormiuit ſurrexitq;, & ſicuti a ſõno ita & a tali fatuitate
quodãmõ uidebatur liber, ſicq; paulatim cõualuit. ¶ .3. autem
cauſa eſt ꝙ aliquando hi qui talibus accidentibus prægrauan-
tur, nec patrociniũ aut auxilium habẽt quo liberari poſſint nec
perſemetipſos ualẽt adiuuari. ¶ .4. uero & ultima cauſa eſt
quia cõiter ex huiuſmodi accñtibus ac hũoribus generať que
dã timiditas itrinſeca, & qui uidẽt ſe tali ĩfirmitate prægra
uari timent ne ſibi deterius aliquid contingat ſic ſtudium di-
mittũt. Et reuera fortaſſis ſibi melius cõtingit ſaniuſq; uiuunt.
¶ Alias quoq; multas fabulas Cocles ipſe ſcribit quas tamen
obmitto tanq̃ inutilia.

¶ Cap. cclv. De depredatoribus uiarum.

Lineæ obſcure in monte aut radicæ in digito mi-
nimo & circumcirca obſcure, arguunt menda-
cium, & tales ſunt expoliatores & inſidiatores

& ad omnia maleficia parati. Ego puto ꝙ ipſi habeant cõiũ-
nẽtiam cum duabus infortuniis .ſ. marte & ſaturno. Plures no-
taui angulum ſupremum ualde infimum habere cum tubercu-
lis infortunatis. Aliquãdo tres lineas principales tantum. An-
gulum etiam ſupremum ualde ſeparatum cum lineis craſſis nõ
2 circumſcriptis ideſt ſine equali colore. ¶ Cardiaca & media
non coniuncta adeo ꝙ ſpacium ſit calloſum, aut durum uel ſic
3 cum obſeſſores, & inſidiatores marum arguit. ¶ Craſſe
quidem manus digitos ſi breues habuerint ultra menſurã ter-
giuerſatorem & furẽ inſidioſum denotat. Vniuerſaliter enim
iſti tales ſunt aduſti melanbolici. Aduſtio enim iuditio & pru-
dentiæ nocet. Ideo tali malefica & nefaria actione utuntur.

¶ Cap. cclvi. De his qui exercent opera demoniorum.

SI inueneris in mõte auriculari. D. figuram turpẽ & male coloratam ſeu non crcumſcriptam indicat quandoq; opera demoniorum. Quando linea Epatis & ſaturnina cum media naturali in fine cauſat triangulum ſignificat diſpoſitionem ad opera demoniorum & nigromanticam facultatem.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

SEcundum ſignum huius cap. non eſt pfecte expoſitum, immo & alia linea requiritur quæ .ſ. interſecando lineã Epatis ipſi Naturali unitur Et adhuc omnia hæc ex ſuo proprio ſignificato non declarant Nigromãtem eſſe, magis autem hominem ad omnes ſcientias idoneum. Enimuero ſi ad Nigromantiã acceſſerit aut ad quãcunq; aliarũ ſciẽtiarũ mirabiliter euadet eritq; perſcrutabilis ingenii in omnibus quæ ad huiuſmodi ſcientias contingere poſſint.

¶ Cap. cclvii. de his qui diligunt paruã puellã ſtricte uullue.

SI.D.littera pulcherrima atq; bene conditionata fuerit in minimo tuberculo ſignificat inclinationem ad paruas puellas ſimiles pigmeis & etiam ad mulierculas paruas mamillas habentes & ſtrictam uuluam.

¶ Cap.cclviii.de his qui deſtruunt maternam ſubſtantiam.

Littera.A.in loco lune denotat eos uel eas qui maternam ſubſtantiam conſument.

¶ C.cclix.de his q̄ uexãtur ab īfirmitate lõga

Littera. C. in loco Lune declarat hominem ab infirmitate longa uexari.

¶ Capitulum.cclx.de his qui patiuntur infamiam aut certamen propter fœminas & quã doq; ex tali cauſa perueniunt ad inopiam.

SI in radice brachii prope montem policis iuxta
lineam uitæ reperiantur tres uel plures ſtellæ
accuſationes & diffamationes propter mulie
res oſtendunt. Multum cum conabuntur mulie
res aggrauare finaliter euadet ut expertus ſum. ¶ Stella in 2
monte policis riſum & letitiam cum mulieribus ſignificat in
terdum concubitus ꝑpter quod in certamen in uilipenſionem et
ludibriũ habẽs incurrit ut ego ſepe expertus ſum. ¶ Tubercu 3
lus policis ſi ſit craticulatus paupertatẽ & inopiã mulierũ cã
indicat ut priſci atq; moderni autumãt. Similiter & Tubercu
lus minimi craticulatus. ¶ Linea quedã inciãs a raſcetta uel 4
a linea cardiaca extẽdẽs ſe p caueã uſq; ad tuberculũ mercurii
ſi a pluribus lineis īterſecabitur uel unica tãtũ ut crux mulierũ
cã maximũ dãnũ iacturas īcõmoda & īfamiã oſtẽdit, & for
te habẽs incarcerabitur ut milies notaui. Antiqui uero ꝓcipue.
Arabes & Alpharabius talem lineam uocant uiam lacteam.

5 ¶ Quando inuenies menſalem quæ in fine aut prope ipſam di-
uidatur, duoſq; efficiat ramos, unum ad indicem, alterum ad
medium deuenientem, arguit infortunium propter fœminas,
uerum eſt niſi frãgeretur, ſed ſi recte iret ad medium, pericu-
6 lum in uita ſignificat. ¶ Qui habuerit lineas ſubtiles in radi-
ce Solis pluſq̃ alibi, a muliere, uel per mulierem læſionem patie
7 tur. ¶ Duæ lineæ equediſtantes bene apparentes & boni colo-
ris a menſali tendentes uſq; ad radicem medici uel prope, ſigni
ficant eum qui habent curam magnam de mulieribus, et dam
na occaſione earum habebit, ut tradunt aliqui. ¶ Figura ſphæ
8 rica, aut ſcutum in monte anularis, ſignificat aliquem eſſe di
lectum a mulieribus, & tamen ab eis damna patietur.

¶ Tricaſſius Mantuanus.

CIrca. 4. ſignum huius capituli ſciendum ꝙ Co
cles male exponit talem figuram ſiue lineam,
nec eius propriam poſitionem deſcribit. Nam
ſm ipſius proprium ſitum aut poſitionem non
egreditur a uitali, immo a raſetta, & aliquali
ter uerſus montem manus, ſicuti etiam ipſe Cocles dixit alibi.
Vnde ipſius lineæ principium eſt a raſetta. ¶ Quo ad. 7. ſi-
gnum ſciendum ꝙ illa expoſitio eſt diminuta, quoniam tales
lineæ debent eſſe interſecatæ, & hoc a cingulo Veneris.

¶ Capitulum. cclxi. de his qui perueniunt ad ſeruitutem &
captiuitatem.

QVædam linea ſi oriatur a radice brachii et ua
dat per raſettam manus, & ſit tortuoſa, &
male diſpoſita, talis libertate priuabitur, et ad
1 ſeruitutem redigetur, & fortaſſe condemnabi
2 tur. ¶ Quando linea media & cardiaca non
bene coniunguntur ſimul, ſed diſtant ab inuicem prædictæ duæ
lineæ

lineæ notabiliter purum ſpatium dimittentes ſignificãt proni
tatem ad captiuitatem. Et ſi captus fuerit nunq̃ liberabitur ex
quacunq; radice fuerit. Si tuberculi fuerint ĩfortunati & alia
eis cõnexa. ¶ Menſa manus inordinate ſtricta & inequalis ad 3
ſeruitutem captiuitatem inducit. ¶ Dicunt quidam quorum 4
nomina ignoro linea in raſcetta obliqua & incõtinua ſecãs triã
gulum miſerum ſeruum uel captiuum inducit cum obtuſitate
ingenii. ¶ Quadrangulus aut figura quadrata & oblonga 5
cum utriſq; lineis in capitibus extenſis in loco ſaturni captiu- 6
tatem & ſeruitutem dicit anthiochus denotare. ¶ Scala uel
craticula in loco Saturni ſeruitutem & captiuitatẽ minari pu
tant aliqui. ¶ Si binę lineę a raſcetta oriuntur & ad radicem 7
minutuli peruenerint ſeruum peregre proficiſcẽtem, ſed ualde 8
ſeruituti atq; captiuitati ſubiectũ eẽ exiſtimãt aliqui. ¶ Quã
do una linea procedat a raſcetta in concauo manus, & ſe extẽde
rit, & curuetur ſecando lineam uitæ per mõtem policis ſignifi
cat ſeruum propria uita chariorem aliquem amiſurum ut ſcri
bũt aliqui. Scias ꝙ uſq; ad hũc diem de ſeruitute & captiui-
tate nunq̃ pronoſticaui excepto. Quãdo angulus ſupremus eſt
in concauo & reſidui tuberculi ſunt infortunati, atq; articulĩ
craſſi ad ſeruitutem et captiuitatem multos peruenire notaui.
Et multos a captiuitate liberos factos qui tale ſignum habue-
runt, propter tuberculos fortunatos, & reſiduam correſpõden-
tiam annexam, ex quo liberati fuerũt ſed ſemper locum ſaturni
iſti tales habent infortunatum.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

IN. 6. ſigno ſciẽdum ꝙ proprie tale ſignũ ſignificat inimicitiam cum Nobilibus ac dominis. Dãnum quoq; in ſubſtantiam oſtendit. Vnde & carcer. hac de cauſa ẽt oſtẽditur affuturus. ¶ Quo

ad.7.ſignum ſciēdum ꝙ tales lineæ nō debent habere pricipiū
ab ipſa raſcetta uerſus uitalem, immo uerſus mōtem manus.
¶ Circa.8.uero.Not.ꝙ talis linea debet habere principium.
circa medium brachii & flecti in uitale. ¶ Secundo ſciēdum
ꝙ nō ſolū Cocles nō exponit hoc ſignū ut decet.ſed nec ēt eius ſi
gnificatum declarat.Non.n.hoc ſignū ſignificat amiſſionē ſer
uitoris cariſſimi ſed uniuerſaliter ſignificat amiſſionem perſo
næ cariſſimæ ſicut etiam ſuperius dixi.Et miror quomodo hūc
ſignum huc appoſuerit cum non conueniat. ¶.3.ſciēdum ꝙ
hæc linea pluribus in locis reperitur, ſed cōius iuxta Angulum
dextrum quo autem magis talis linea uerſus ipſam Raſcettam
reperitur eo adoleſcentior talem perſonam amittet, & econtra
rio quando eſt uerſus concauum.Et eo magis ſignificat mino-
rem affinitatem ſiue conſanguinitatem ſibi fore cōiunctū quo
in illa circumflexione a uitali elongatur.Quo autem uerſus ip
ſam uitalem reſtringitur.ſignificat ſibi in affinitate aut parē
tela coniunctum.Ita ꝙ talis poteſt eſſe aut Pater aut Mater,
aut etiam alter aliquis ab eo amatus, aut etiam ſibi utilis.

¶ Capitum.cclxii.De illis qui in ꝓpria patria ſunt morituri.

NOn reperio apud antiquos nec apud modernos
magnam obſeruationem de illis qui in propria
patria moriuntur, ſed ego quando uellem hoc ꝓ
noſticari cogitarem utrum ſint ſigna ſigni-
ficantia exilium aut mortem extra patriam, ſi non inuenirem
talia ſigna in propria domo & patria eſſe morituros pronoſti
carer.Notaui plures habentes ſigna ſignificantia itinera et in
illo anno & etate habere ſigna magna egritudinis, præſertim
linea cardiaca ualde fracta.Et itinera fieri in illo tempore &
extra patriam aliquem infirmari, & de tali infirmitate mo-
ri.Tamen dicunt aliqui.quando linea uitæ continua ſine inter-

ſectione fuerit arguit in propria patria mori.

¶Tricaſſus Mantuanus.

Quamuis ſuperficialiter uideatur iſtud cap. nihil aut parum in hac ſcientia afferre, attamen ſi recte cōſideretur. eſt magnæ utilitatis ac corroborationis In ipſo.n. demonſtratur quædam regula uniuerſalis ī omnibus iſtiuſmodi indiciis obſeruāda. ſ. ex una ſignificatione unoq; effectu alium etiam effectum cognoſcere. enimuero multi alii effectus ſunt per quos etiam hanc ſignificationem habere poſſumus. Et hoc eſt quādo ſ. oſtenderet aliqua ſigna quæ ipſum indicarent hominem proprii capitis eſſe, aut hominem in indagandis perquirendiſq; ſcientiis curioſum diuerſas peragrare prouincias. Et etiam quando eſſet homo malignus & iniquus ut fur & latro, q̄uis etiam multotiens in propria patria puniantur. Quo autem ad id quod in fine dicit de ipſa uitali, falſum eſt Nam pleriq; ſunt qui in ſua ſenectute moriuntur, & tamen extra patriam.

¶Capitulum.cclxiii. De auaritia.

Auaritia eſt radix & mater omnium malorum. Diues auarus ſemper miſerrimus exiſtit quia nō utitur diuitiis pro ſe ſed poſteris ſeruat. et ſibi indigentiam retinet. Dicit enim Yſidorus in decimo ethimologiarum. Auidus dicitur ab auendo, auere enim eſt cupere hinc & auarus. Nam ꝙ eſt auarum eſt progredi ultra q̄ ſufficit auarus ex eo dictus eſt ꝙ ſit auidus auri, & nunq̄ opibus expellatur, & ꝙ quantū plus habuerit tantum plus cupiat. Flacci ſuper hoc concordante ſentētia qui ait. Semper auarus eget. & Saluſtius ꝙ neq; auaritia copia neq; iopia minuatur.
¶ Si pollex uerſus alios digitos & alii uerſus policem in- 1
clinantur auaritiā cū uerſucia arguit. ¶Digiti collecti adeo 2

ut per eos coniunctos aer nõ trãſpareat & ſint conglobati aua
3 ritiam cum malignitate declarant. ¶ Si linea uitæ in ſuperio-
ri parte inceſſum habet tortuoſum cum rubore auarum oſten-
4 dit illum et uitioſum. ¶ Si linea media naturalis ſit ualde cur
ta ita ꝙ non exeat medium concauum manus hominem paui-
5 dum & auarum & modiæ rationis oſtendit. ¶ Si ſpatiũ triã
guli fuerit paruum & ſpecialiter ſi non ſit coloratum auari-
tiam arguit & male naturæ & infames cum rigiditate ſuæ
6 naturæ ¶ Quando angulus ſupremus ſituatur in concauo ma
nus quaſi ex oppoſito illius ſpatii quod eſt inter indicem & me
dium ſignificat miſeriam & auaritiam circa cumulationem
7 pecuniæ cum maxima ſollicitudine. ¶ Quando angulus dex-
ter fuerit acutus ſignificat auarum. Et quanto acutior & tan
8 to magis auarum ſignificat. ¶ Si prope menſalem & auricu
larem ſit aliqua linea a menſali porrecta tendens uerſus digi-
tum auricularem recta & ſubtilis in uiris auaritiam & ſce-
lus uel ſceleris alieni conſcium ſignificat & ſecundum Vgonẽ
9 hominem ſcientem dare conſilium indicat. ¶ Si quadrangulus
ſit arctus & ſtrictus uel inequalis ſignificat auaritiam et de
10 ceptionem omnino ut per chronicã obſeruationẽ uiſum eſt. ¶ Si
quis ab aſſidua conſuetudine habuerit quod teneat policem clau
ſum inter alios digitos auarus eſt ꝙ hoc ego milies notaui.
11 ¶ Si linea menſalis cum media naturali clauditur adeo ꝙ an
gulum cauſet auaritiam maximam denunciat ut dicunt qui-
12 dam. ¶ Digiti groſſi & parui & curua palma, & curta. ſ.
ipſius palmæ aut ſi digiti in extremitate flectuntur uerſus
13 dorſum manus auaritiam deſignant. ¶ Dicunt quidam quo-
rum nomina ignoro. Quando inuenitur in menſali aut prope ip
ſam diuidatur duoſq; efficiat ramos unum ad indicem alte-
rum ad medium tendentes auaritiam deceptionem & perfi-

diam ſignificari. ¶ Quando linea ſaturnina oritur a raſetta
& extenditur per palmam uſq; ad radicem medii auaritiam
deſignat præſertim ſi mõs medii abundat multis lineis, ut qua
ſi ſemper notaui & præcipue in quodã magno præcipue. Scias
ꝙ auaritia procedit ab imperfecto diſcurſu & a complexione
frigida, aut a complexione ualde calida in organo imperfecto,
utputa cum caput eſt ſphericum aut pineatum. Sũt tamen ali
qui, qui propter diſcurſum bonum non abiiciunt diuitias, diſcur
rendo & ſuſpicando de decrepitate aut de filiis, ne in futurum
careant bonis aut indigeãt, & iſti monſtrãtur in ſuis negociis
& iſtos ego tenaces appello ut multos notaui, uniuerſaliter ue-
ro ad auaritiam ſunt inclinatæ mulieres, immo in ſpecie ſua ſũt
auariſſime. Auari ſunt melancholici aduſti & etiam naturali
ter melãcholici. & effeminati uiri. Si aliquæ fœminæ ſunt ſplẽ
dide (que tamẽ rare ſũt) nõ ſunt propriæ formæ ſed uiragines
& multe ex his ſunt prodige.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

ET ſi impertinaciter ſit materiã iſtã declarare
in huiuſmodi ſcientia ſcilicet quid ſit Auaritia
& quomodo dicatur eſſe mater omnium malo
rum Attamen ex quo materiam hãc ab ipſo Co
clite expoſitã inuenio (, & falſo) ideo ne ſibi con
ſentiens eſſe uidear, & hanc prouinciam aggredi cõpellor. un-
de ſciendum eſt ꝙ propria auctoritas apoſtoli nõ dicit ꝙ Aua
ritia ſit mater aut radix omnium malorum ſed cupiditas, Et
eſt. 1. ad. Timot. 6. cap. Satio autem huius eſt quoniam Cupidi
tas eſt nomen ſiue uocabulum commune ad omne deſiderium ſi
ue appetitum cuiuſcunq; ſit rei, ſiue obiecti. ſ. ſiue in Honore ſiue
in Diuitiis ſiue in Dignitate. non tamen ideo quia. ſ. omnis cupi-
ditas ſit uitioſa & mala ſed ſolum quãdo non eſt cũ debito mo-

do aut ſine, aut ordine regulata, Nã naturale eſt unicuiq; appe- tere quæ alta ſunt ac ſublimia, & in omnibus datur regula ac proportio propria ſcilicet ꝙ merito appetantur, modoq; debi- to, ac ſine congruo. Et quotiẽſcunq; contrarium accidit talis cu piditas dicitur uitioſa. ¶ Quoniam autem ſicuti dicimus ſciẽ tias diuidi quemadmodum & res. ſimiliter etiã dicitur de ui tiis, ſ. ꝙ denominationem ab ipſo proprio obiecto ſumunt. Inde eſt ꝙ cupiditas Diuitiarum quæ maximæ in pecuniis conſiſtit dicitur Auaritia, quaſi Auiditas ſiue cupiditas eius. Et Auarus dicitur quaſi auidus eris non quia ſimpliciter talem cupidita- tem in ſe habeat, ſed quia inordinate ac ſine incongruo unde & ipſa propter talẽ inordinationem, eſt poſtea multorũ malorum cauſa & origo. ¶ Quo autem ad intelligẽtiam iſtorum ſigno rum. Sciendum ꝙ propter iſta ſigna nullus iudicare debet Aua ritiam iſtam iniquam alicui inexiſtere, niſi tunc, cum etiam iſti uſmodi ſigna animi malignitatem maximam oſtendunt, ut po- te, Angulus ſupremus in cõcauo, ſiue ipſe triãgulus paruus. & alia ſimilia que nã iniquã ac malignã oſtendunt. Aut ẽt ſimul cũ iſtis ſunt ſigna ſignificãtia furtaaut latrocinia. ¶ In ſigno aũt. 9. cõſiderãdũ eſt. 2. ſignũ capituli ꝑdẽtis & utrorũq;, co gnitionẽ habebitis. ſ. ꝙ ſignificãt ſeruitutẽ ꝑpter lucrũ ac cu- piditatẽ Auaritiæ in oibuſq; ſe ſubmitterẽt ꝑpter maximã cu piditatẽ lucri. ¶ Quo ad. 11. ſignũ ſciẽdũ ꝙ tale ſignũ ſignifi cat Auaritiã poſt ꝓdigalitatẽ. ſ. poſt iuuẽtutẽ, & ẽt talis expo net ſeipſum ſiue ſeipſam turpitudini & ihoneſtati pp cupidita tẽ & Auaritiã, & hoc nõ ꝑpter miſeriã ſed ut cõmodus uanita ti operã exibere ualeat. ¶ Quo ad. 12, Not. ꝙ talis reflexio in telligitur in. 3. iũctura. ¶ Circa. 13. ſignũ ſciẽdũ ꝙ tales ra- muſculi debẽt eſſe unus ad radicẽ Medii, et alius uerſus mõtem Indicis. Et cũ multũ inclinãtur uerſus tales digitos. ſ. imedio,

ſignificat ēt labores maximos per talē cupiditatē et Auaritiā.

¶ Cap. cclxiiii. De illis qui ſunt potentes in coitu.

MEdia naturalis recta & bene colorata & ſi cum
palma extenditur apparēt puncture eiuſdem lati 1
tudinis, uirtutis gignitiuis homines potentes eſſe
ſignificat. ¶ Linea menſalis ſi fuerit bene conti- 2
nua ſatis longa profunda lata & recta. ſignificat bonā cōple-
xionem, & uirtutem in membris generatiuis, & potētiam coi
tus denotat, quia uirtus generatiua ibi declaratur. ¶ Triāgu
lus equilaterus cum bona dimēſione linearum & cum colori- 3
bus ipſarum uirtutem generatiuam preparatā eſſe ſignificat.
Notate quod ea omnia quæ cōprehēduntur ſub documēto calidi
tatis & humiditatis in habitudinibus & lineamētis hic poſ-
ſunt accōmodari. ut in primis radicibus dictū fuit. Tamen hic
accidit magna diſtinctio quia ꝓprie coitus in actu eſt qualifi
catus ex calido & humido ut parum ante dictum eſt alia di-
ſtinctio eſt quo ad appetitū, & non in re, prout ſunt melancholi
ci propter materiam uentoſam euaporatiuam incitātem coitū.
Errant illi qui leguminibus cepis aleis & multis aliis cibariis
ueſcuntur, dicentes ꝙ faciūt abſtinētiam ut prohibeant coitum
quoniā carnes oua & cibaria multi nutrimenti ſunt cauſa mul
ti ſanguinis, & per conſequens multi coitus. Iterum dico ꝙ iſti
uehementer errant & loquuntur tāq̃ inſenſati. Tamen uerum
eſt ꝙ cibaria que multum nutriunt cauſant materiam cohibi
lem. Attamen legumina cepe, & alia ſimilia parum nutriunt,
ſed ad uentoſam materiam habilitantur. & multum mole-
ſtant & incitant uirtutem fantaſticā ad appetēdū coitū, & ſu
pra modum faciūt arrigere. Videmus ruſticos & generaliter
pauperes omnes, qui oleribus leguminibus cepis & ſimilibus
uescuntur, habere plures filios q̃ diuites. Quia poſt exer-

citium & labores non habent aliquod remouibile, ſed tantummodo libenter coeunt, quia in coitu ſolum ponunt unicum gaudium & uoluptatem, nec aliquid amplius curant, & hoc eis euenit, ut ſupra diximus, quia cibariis uentoſis utuntur, quæ uētoſitatem commouentia coitum incitant. Ideo laudandus eſt ille qui optimis ueſcitur cibis. Vnde Plutarchus in problematibus, problemate. 93. ait, Cur moris eſt ut qui caſtimoniam colunt, leguminibus abſtineant. An quemadmodum pythagorici fabas ob eas quæ uulgo dicuntur cauſas abbominabantur quaſi lethes & herebi cognomines. An ꝙ ad conænationes & manes prouocandos leguminibus maxime utuntur, An illud magis quod ad ſanctitatem ac caſtimoniam pura ac tenuia corpora habere oportet, An eo ꝙ ſunt legumina maxime uentoſa, & ea gignunt, quæ cum ſuperflua ſunt multæ purgatiōis indigent, An ꝙ cum uentoſiſſima ſint legumina ad res Venereas maxime incitent.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

SEcundum materiam ſermonis ſic & proportionandus eſt ſermocinatio. Et ideo ad ueritatem huius capituli capeſcendam, ſciendum ꝙ Cocles in narratione huiuſmodi diſtinctionis utitur quodam uocabulo ac nomine, quod nullo pacto modulum huius doctrinæ capeſcere poteſt, nec aliqualem uſum, aut intelligentiam exponere ualet iuxta ipſius Coclitis intentionem ꝓpriam. Quapropter cum dicit, ꝙ legumina & alia ciborum ſimilia propter ipſorum uentoſitatem mouent uirtutem fantaſticam ad appetēdum coitum, non debet dicere uirtutem fantaſticam, ſed uirtutem concupiſcibilem aut ſenſualitatem. Hoc autem nō eſt propter uentoſitatem ſimpliciter, ſed propter uentoſitatem talem .ſ. cum caliditate & humiditate, ex quibus ipſa mem-

bra genitalia prouocantur ac excitantur in eorum operationi-bus propriis.ſ.in libidinem. Vnde & multotiens experientia te ſte comprobatur, ꝙ in ex repletione Vrine in ueſicam propter ipſam caliditatem ac humiditatem generatur maxima com motio carnis.euacuataq; urina ceſſat immediate talis commo tio carnis. ¶ Quo autem ad id quod dicit enarrando cauſam quare Ruſtici filiis abundant, ciues autem ac Nobiles (ut plu-rimum) non adeo cætu filiorum gaudent, quis iſte ſit error cō munis, multiq; ſapientum hanc opinionem affirment, attamen ego contrarium ſentio, & hoc non irrationabiliter. Ad appro-bationem autem rationis meæ, (ad præſens) non alia ratione utar niſi quam ipſe Cocles in hoc capitulo adducit. Ponit nanq; diſtinctionem unam, dicens, ꝙ in coitu duo poſſunt conſidera-ri.ſ.ipſe actus proprius ſm propriam ſubſtantiā & operatio nem excitus, & deinde ipſe appetitus talis actus & operatio nis. Dicitq; primum ex uirtute calidi & humidi prouenire. cuius quidem uirtutis carnes.oua, ac alia ciborum præpara-menta cauſa ſunt materialis ac nutritiua, quoniam ſunt mul-ti ſanguinis, & ex conſequenti multi coitus. Secundum autem dicit prouenire ex uētoſitate euaporatiua quæ incitat mouetq; appetitum ac deſiderium concupiſcibilitatis ad coitum, cuiuſ quidem uentoſitatis legumina ac alia ciborum ſimilia, mate-riam ac nutrimentum ſubminiſtrant, parum autem nutriunt, ac ad ſubſtantiam nutritiuam & ſpecificam conferunt. Si igi tur carnes & oua aliaq; ſimilia ſunt cauſa magni nutrimen-ti ac ſubſtantiæ quæ cauſant actum principalem ac ſubſtātia-lem ipſius coitus & generationis, legumina autem ſunt pauci nutrimenti ac ſubſtantiæ, ſolummodoq; mouent appetitum, ac deſiderium actus uenerei, ſequitur falſum exiſtere, ꝙ hoc de cauſa Ruſtici cætu filiorum multiplicentur: non autem Nobiles

qui cibis delicatis utuntur. Immo ex hoc totaliter cõtrarium habetur. ſ. ꝙ nobiles ſunt ipſis Ruſticis aptiores in generatione filiorum, eo ꝙ nobiles utãtur cibis ſubſtantialibus, Ruſtici autem leguminibus, & aliis ſimilibus cibis. Nam ad ꝓpagationem filiorum requiritur de neceſſitate emiſſio ſeminis, qđ quidem ex ſuperfluo alimenti ꝯuenire neceſſe eſt, hãc autem ſubſtãtiam ſuperfluam conuenientius dicitur ex cibis delicatis procedere qui cauſa ſunt multi nutrimẽti ac multi ſanguinis (ſicuti etiam ipſe aſſerit) q̃ ex leguminibus qui pauci nutrimenti cauſam ſubminiſtrãt. Sequitur igitur ꝙ Ruſtici filiis nõ abundant propter comeſtionem leguminum. ¶ Sed adhuc iſta dubitatio inſoluta perſiſtet, quare. ſ. Ruſtici filiis affluant, nõ autem nobiles. ¶ Dico igitur ciues ac nobiles in multiplicatione filiorum deficere propter irregulationem in ipſo coitu ac operatione uenerea exhibitam, nam ita coeunt poſt cibum immediate ſicuti & ante, & ita in die, ſicuti in nocte. Et tamẽ in his qui utũtur coitu immediate poſt cibum, non ſolum corrumpitur cibus ſumptus in ſtomacho, uerum etiam & ſimul impeditur digeſtio, & adhuc amplius illa quæ peroptime fuerat digeſta diminuitur ac debilitatur, calorq; naturalis qui per ſumptionem cibi reductus eſt in ipſo ſtomacho (dimittẽdo illam ſubſtãtiam primam ac perfectam) q̃uis diffundatur iterum per corpus ex tali exercitio ac coitu, attamen nõ perſiſtit in ſua ꝓpria uirtute ac uigoroſitate calefactiua quæ eſt prima ac principalis uirtus in ſemine ac embrione ipſo, ut dictum fuit in. I. lib. phyſonomiæ. Volunt igitur in meridie uegetem retundere ne diſſoluatur, Et poſt cœnam immediate uinatias in tinabulis inundare. Demũ & poſt ſõnum ac digeſtionem habitam cum opus perfectum cõplere deberẽt, accidit ſibi ut perſæpe ipſis ruſticis contingit tempore pauuriæ qui frumẽta colligũt comedũtq; antẽq̃

matureſcat, tempore aũt meſsis nõ ſibi ſuppetit, ut uel ſaltẽ domino ſuo partem cõtribuere ualeãt. Dũ etenim et ſibi ſpermatis ac ſeminis opus eſſet nõ ſuppetit ad generãdum, & ſi aliquãdo ꝑ maiori parte ſunt mulieres. Ruſtici aũt ſũmo mane ad deſtinatum laborẽ cõſurgũt, nec uſq; ad ueſperas reuertũtur, cœnati aũt dormitum pergũt, corũq; mulieribus diuerſis occupationibus præpeditæ ad eorũ cõſortium uſq; ad horã nõ accedunt, iſtoq; interim ipſi Ruſtici repauſant, dormiũt, digeſtionẽq; aliqualiter diſponũt et digeſta corroborãt. Poſt aũt ſimul reducti in duplo opus ſuum perficiũt. ¶ Vnde & præpoſitæ quæſtionis ſolutio patet, qua. ſ. de cauſa ipſi ruſtici multiplici gaudeãt propagatione, non autem ciues aut nobiles.

¶ Ca. cclxv. de his qui ſunt uulnerati aut grauiter læſi, ſiue. ſ. cognitione, in quo loco & membro eis accidat læſio illa.

Qvãdo quedã linea diuidat lineã capitis & hẽat duo capita, uulnera & paſsiones oſtẽdũt. ¶ Si iuxta lineã capitis in fine ipſius ſint due paruæ lineæ cõiũctæ, uulnera indicãt. ¶ Quãdo angulus ſupremus nõ cõiungitur & diſtat, ita ꝙ dictæ lineæ ſint ualde ꝓpinquæ, ſignificat migrationẽ in bello cũ aliquo aut ex improuiſo ꝓpter ſocietatem, aut ꝓpter ſocios pati aliqđ aliud detrimẽtum. ¶ Quando linea mẽſalis ſit nuda ſine ramis ueniens 4
ad radicem indicis, grauiter uulneratum eſſe demõſtrat. Notaui pluries uulneratos eſſe in ꝙtitate aut qualitate cum magna iactura Curaui ego in quodam Ruſtico tredecim uulnera cum trũcatione etiam manus &c. & euaſit. Vidi aliũ in quo curaui unicũ ſolũmodo uulnus cũ magna ſolutione cõtinui. Multos alios etiã curaui habẽtes tres aut quattuor uulnera tãtum. Ex his aliqui euaſerũt, aliqui uero mortui ſunt, & hæc fuit intenſiue & remiſſiue ſm bonitatem monticulorum & aliarum li-

earum quæ arguũt penitus cuncta infortunia in ſuis negociis.
5 ¶ Si quædam linea uenerit ad lineam uitæ interſecãs mẽſalem
ſignificat hoĩem miſera morte finiẽdum, & forte propter ni-
6 miam culpã, ut aliqui tradiderũt. ¶ Si linea ſubtilis uenit ad
ultimam partem radicis policis & deſcẽdat per mõtem ad li
neam uitæ & mediam naturalem, plagas, & læſiones oſtẽdit,
7 ut aliqui cõfitentur. ¶ Si linea mẽſalis ad radicem indicis per
uenit & ſcinditur ab aliis lineis, uulneratum ab inimicis deno
tat, uel ꝙ in futurum ab eis uulnera ſuſcepturus eſt, ut aliqui te
8 ſtãtur. ¶ Si autem talis figura. C. fuerit in loco ſolis, percuſſio
9 nem ex ferro minatur. ¶ Si una linea oriatur a uitali & extẽ
dat ſe uſq; ad digitum auricularem, uel ꝓpe, et ſit quaſi flexa
uulnerabitur uel periclitabitur, ueluti multi auctores affirmãt
& præcipue Albertus ſummus theutonicus, & Cõciliator, &
alii qui nuncupãt talem lineam uiam lacteam. Et talia uulnera
utplurimum accidunt in brachiis, uel in manibus, ut ſæpiſſime
10 notaui. ¶ Si quædam linea emergit a linea uitæ & iungat̃ cũ
media naturali, uel uulnerabitur, aut periclitabitur uulneratus
ut aiunt aliqui, ſed hoc ego per experiẽtiam nunq̃ cognoui.

¶ Tricaſſius Mantuanus.

IN .2. ſigno huius cap. ſciẽdum ꝙ ꝓprie hmõi uulnera ſint in capite, ut dictum fuit in cap. 40. ſigno. 1. ¶ Quo ad. 5. ſignum ſciẽdum ꝙ talis linea debet eſſe aliq̃tulum flexa & arcualis & cõtinua, & egreditur a mõte policis. Et quãdo eſſet interciſa aut diſcõtinua, minuit̃ a malitia ſui ſignificati. ¶ Similiter &. 4. ſignum. ¶ Quo ad. 6. ſciẽdum ꝙ illa linea debet eſſe ſubtilis in fine, & quo magis ſubtilis, eo maius periculum imminere ſignificat. ¶ Vulnera autem per ultimum ſignum demõſtrata ſemper in capite indicantur.

¶Cap.cclxvi.de his qui ſunt interfecti ſine cognitione membri,pro quo debet mori.

QVi autē carebit linea media naturali, ſubito per 1
cuſſus morietur. ¶Quādo in triangulo oritur 2
una linea & uadit ad quadrāgulum & in capi
te ſui ſit unica linea interſecās ut crux, uiolētem
mortem denunciat, ut nōnulli aiunt, & ego etiammilies nota-
ui. ¶Si quedam linea obliqua reperiatur in digito medio,i pu 3
gna habēs illam ſuccumbet,aut erit interfectus,ut dicunt,qđ
ego ignoro. ¶Si ex trāſuerſo ante finem trianguli linea trāſie 4
rit & ab illa linea uſq; ad finem dirigatur,armis mori deno
tat,ut dicunt aliqui chyromātici. Ego tamen hāc lineam igno
ro. ¶Linea exiens a mēſali in fine ſurſum aſcēdens inter indi- 5
cum & medium,hoīem uulneribus fortaſſe moriturum oſten
dit, ¶Si reperiuntur principales lineæ tātum in aliqua manu 6
& reſiduum fuerit infortunatum,mors uiolēta habenti acci-
dit. ¶ Si iecoralis linea in fine bifurcata fuerit,dicunt moder 7
ni malam mortem denunciare.

¶Tricaſſus Mantuanus.

CIrca.4.ſignum ſciēdum ꝙ triangulus tunc dicitur in finem recte aſcēdere, quando naturalis uidetur aliqualiter in cōcauo tortuoſa aut diſcōtinua,& poſtea aſcēdit recta et cōtinua uerſus angulum ſuperiorem, ſiue uerſus locum ipſius anguli ſupremi,quādo ipſe angulus non eſt unitus ſiue coniunctus. ¶Quo ad.5.ſciēdum ꝙ illa linea ſm ſuum ꝓprium ſitum oritur in concauo,& debet eſſe aliquantulum interciſa,et quo ſubtilior eſt, eo periculoſius habet ſignificatū ſuū ſortiri.

¶Capitulum ducenteſimum ſexageſimum ſeptimum,de his qui claudicant.

Miror ꝙ apud phyſonomos de claudicãtibus ma-gnam nõ reperio obſeruationem, quia claudicãtiũ magna reperitur copia. Tamẽ dicũt multi. Quã do linea media naturalis habet duo capita in infe riori parte, talis erit claudus, aut a primitiua, aut antecedẽti cauſa cõtingat, & nõ explicatur a qua cauſa uel in quo membro accidat. Ideo ignoro.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

Mira qdẽ res eſt prudẽtiã huius hoĩs cõſiderare ſe ipſum nãq; laudat & extollit, dicẽs, peroptimũ ingeniũ habere, ſolaq; ĩgenii ſui perſpicuitate textus Ariſtote is expoſuiſſe, (ut hẽtis cap. 208.) ꝗuis barbitõſor extiterit, demum aũt ſuis fabulis ac obloquutionibus aliis cõuitari, cũ ſit ꝙ apud ſapiẽtes chyro mãticos ac phyſonomos in oĩbus accidẽtibus que cõtigere ſolẽt regulas uniuerſales, hẽant ſicuti in uniuerſali oẽs effectus ſuos determinãt. Vnde quotiẽſcũq; ex aliquo ſigno iudicatur de perĩ culo aut offenſione pedis (iuxta diuiſionẽ chyromãticam. ſ. ab anchis uſq; ad digitos) põt adeo grauis exiſtere, ꝙ fortaſſis põt iudicari de periculo claudicationis, immo quotiẽſcunq; in aliquo ſigno dicitur ĩminere periculum pedis magni, põt etiã & aliquãdo iudicare de claudicatione, put. ſ. periculoſius exi-ſteret. ¶ Magis aũt mirãdum eſt qũo adeo ignarus ac rudis ſit ꝙ expoſitionem iſtã uelit intelligere ac interpretare de clau dicatione pedũ, nõ magis aũt doctorũ intẽtionem trutinare ue lit. Vnde ſciẽdũ eſt ꝙ iſta expoſitio adducta ab antiquis chyro mãticis optima eſt ac perfecta, et ſolũ (uſq; ad hodiernũ diẽ) apud ſapiẽtes ueritas huius ſignificati innotuit. Idẽ autem ſi-gnificat hoc qđ dico quãdo naturalis eſt bifurcata in fine oſtẽ dit hoiem claudum, ac ſi diceretur ſignificat hoiem claudica-

re.ſ.nō eſſe fidelem,uel ſignificat hoīem claudum.ſ. duplicē
& inſtabilem & ꝓditorem.Quod aūt hæc uerum ſit ex pluri
bus locis habere poſſumus,maxime aūt in.1.ſigno cap.ſequē
tis,& in cap.146.ſigno.2.

¶Cap.cclxviii.de hypocriſia.

PRimi in ordine deceptionum ſunt hypocrite,quia
ſub ſpecie bonitatis & deuotionis hoīes latenter
decipiūt.Signa ergo ſunt ponēda.¶Si linea me 1
dia eſt bifurcata in fine habēs illam duas uitas
deduxit,unam ſecularem alterā uero religioſam. 2
¶Digitus medius intus craticulatus,ingenium melācolicum
denotat.præſertim in actionibus factiuis,et aliquādo hypocri
ſiam denūciāt.¶Si ſaturnina linea in cauea manus fuerit ual
de extēſibilis ſeu ꝓtēſa,hypocriſiam denotat,¶Dicit auctor 3
icognitus.Si linea media naturalis cū linea cordis ſuperius an 4
gulum ſtrictum efficiat,aīum cœlatum atq; hypocriſiam de-
notat.¶Si linea menſalis fuerit bifurcata in directum indi- 5
cis,aut ex parte digiti medii, aperte denotat latentem hypo-
critam,& ſpecialiter uerſus parentes & amicos,quia non di
ligit ipſos.

¶Cap.cclxix.de timidis & melancholicis.

SI media naturalis ultra manus foſſatum paula
tim profundauerit timidi cordis ſigna oſtēdit,
& melācholicum denunciat,atq; hominem pro
fundarū cogitationū.¶Triangulus paruus in
pede mediæ naturalis denotat metū ubi nō opportet.¶Quā-
do media naturalis habet duo capita in inferiori parte defectū
mētis innuit atq; timiditatē.¶Si prope lineā cardiacā fue-
rint grana rubra & ꝓtendatur extra uerſus mōtem pollicis
melancholiā ſignificant & hominem profundarū cogitationū

ut aliqui ſcribũt. ¶ Si linea media cũ linea cordis ſuperius an gulũ ſtrictum efficiat puſillanimem dicunt arguere.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

Quo ad primum ſignum huius capituli ſciendũ ꝙ proprius ſitus ac poſitio talis lineæ eſt aſcẽdẽdo in Montem manus & inclinando ſe uerſus raſcettam & quo magis extendit ſe uerſus Raſcettam eo magis ſignificat talem timiditatem ex melancholia procedere. Et quando eſſet interſecata ab alia linea uerſus finem autem eſſet diſcontinua ſignificat ſeipſum in tali infirmitate deprehenſum agnoſcere ac ueluti redarguendo ſemetipſum corripere. Ita ꝙ talis quidem erit timidus in primo motu poſt autem audatiam ſummens fortis ac uirilis efficietur. Et etiam poſt primum ingreſſum in omni negocio arduo perſiſteret. ¶ Quo ad. 3. ſignum ſciendũ ꝙ illi duo rami debent eſſe inclĩnati in fine uerſus. Digitos (ut dictũ fuit cap. 226 ſignũ. 5.) & quãdo ſunt diſcõtinui aut interciſi minuũt talẽ. malignitatẽ ſiue debilitatẽ capitis. Hoc idẽ, ſignificãt quãdo nõ ſunt multum inclinati, aut nõ multum extenduntur ſiue non ſunt multũ arcuales aut reflexi. ¶ Quo ad. 5. ſignũ. Sciẽdum ꝙ iſtud ſignum nõ ſignificat timiditatẽ propter melãcholiã, imo nec ꝓprie poteſt dici timiditas, magis autem reſpectiuus ſiue timidus propter reſpectus ꝗplurimos ac finis propriĩ cõſiderationem, & eſſe amator pacis ac quietis, attamen ſi ſigna melancholiæ inuenirentur, & hoc quoq; maiorem efficaciã præbere.

¶ Cap. cclxx. de uerecundia.

Illi qui uerecundãtur ſunt bonæ complexionis atq; diſcurſus, & illi qui cõtrarium faciunt, ſunt fatui aut propter nimiam & furioſam caliditatem, aut propter nimiam frigiditatem, et ſunt ſimiles aſi-

nis &

nis & mali moris & præcipue ſunt effeminati. ¶ Si in fine li- 1
neæ capitis ſit paruus triãgulus bene diſpoſitus uerecũdie bone
ſtatis & ſtudii ſignum eſt. Hoc eſt ſtudet in decorãdo & ornã
do ſe moribus. ¶ Si in quadrãgulo reperiatur ſignũ cuiuſdam 2
ſtelle bene coloratũ uerecũdiam & bonã demonſtrat naturam
cum morigeratiõe. ¶ Si a linea cerebri exeat alia linea uerſus 3
auricularem uerecũdum ſignificat hominem ut aliqui dicunt,
quod ego ignoro. ¶ Linea menſalis bene colorata cũ trina pro- 4
portione cuius finis erit quaſi in principio tuberculi Iouis, ſignũ
eſt uerecundie & bone naturæ. ¶ Linea cordis bene colorata cũ 5
trinaria proportione cuius initium ſit inter indicem, & policẽ
uerſus dorſum manus, & finiatur ꝓpe raſcettã honeſtatẽ et ue
recũdiã declarat. ¶ Manus cõcaua cũ bona dearticulatiõe et ꝓ 6
portionata ex partæ palmæ atq; digitorum. & quod articuli
ſint boni cum unguibus latis & longis cum rubedine clara ue-
recundiã & honeſtatẽ uitæ denotat.

¶ Tricaſſ. Man.

Circa. 1. ſignum ſciẽdum ꝙ proprius locus aut poſito talis ſigni eſt apud Menſalem in oppoſico finis ipſius Naturalis, ſicuti etiam ipſe hoc confirmat in aliis locis omnia in cõtrariũ. 2. ſigni capituli præcedẽtis. ¶ Quo ad. 3. ſignum Sciendum ꝙ nõ propria egreditur ab ipſa naturali, immo aliquotiẽs uidetur ueluti interſecãs ipſã naturalẽ, & etiã aliquãdo nõ eſt unita ſimul cũ ipſa naturali ĩmo diſtãs i quadrãgulo.

¶ Capitulum. cclxxi. De his qui ſunt impotentes in coitu præcipue in uirtute gignitiua.

Manus debilis & mollis carens linea Epatis arguit defectũ uirtutis generatiue & digeſtiue. ¶ Linea mẽſalis eſt radix ſignificãs uirtutem gignitiuã. Ideo ſapiẽtes uocant ipſam lineã gene-

rationis, ſi ergo fuerit facta dicōtinua aut pallida aut a uariis punctis ſeu foſſiculis aut ſemicirculis obſeſſa, debilitatem coitus denotat & fortaſſe gignitiuā impotētiam declarat. ¶ Si in medio ſpatio inter lineas triāguli nō eſt planicies & male coloretur defectum caloris dicūt arguere, & per cōſequēs impotentiam coitus. Nota ꝙ multotiēs impotētia coitus eſt qualitatiue & aliquādo quantitatiue. Igitur cōſidera annexiones ſignorū atq; cōcordantiam. aut contra operantiam aliter iudiciū tuū eſt inanitum. Vnde Vidi iuuenē habentē lineam mēſalē fractā & capillarem & quaſi omni die coibat, tamē quando erat cū re delectabili non poterat coire niſi ſemel, & in nocte ad plus bis coibat. Et accepit uxorem & habuit filios.

## ¶ Tricaſſus Mantuanus

AD clariorē noticiā habēdā huius capituli ac omniū ad hāc materiam pertinētiū, ſciēdum ꝙ huiuſmodi natura ſiue uocabula. ſ. potētia ſiue impotentia uirtutis generatiue. aut potētia ſiue ipotētia ad generationē prolis eādem met ſignificationē retinēt & unum ſine alio ſtare non poteſt. ¶ Quo autem ad illud Not. quod in fine ſubiungit. ſciēdum ꝙ ipſemet ꝓpriam uocē ignorabat, & quod peius eſt illationem ſermonū ſuorū nō cōpenſarat. Nam uerborum ſuorum ſenſus talis eſt ꝙ. ſ. in coitu duo ſunt conſiderāda. ſ. ipſa qualitas uirtutis coitus que in ipſo ſemine cōſiſtit (prout eſt calida & fortis aut debilis) & quātitas. ſ. numeroſitas talis actus aut operationis Venereæ. ſ. quotiēs quis in eodem actu aut operatiōe exire ualeat. ¶ Quod autem iſte ſit ſenſus uerborum coclitis manifeſte apparet ex adducto exēplo quē ponit de illo Iuuene qui tantū ſemel in Die & bis in nocte poterat coire (fortaſſis parum arbitrās aut uiliſacieſ ut quis ſolū ter, i die ac nocte ſimul coiret) qui tamē ſen-

ſus falſus eſt nā id qđ cōiter dicitur philoſophos ac chiromāti
cos quo ad qualitatē ſiue quātitatē aut potētiā coitus uel ipotē
tiā aut ēt generationis nō ita intelligēdū eſt ut ipſe exponit. Im
mo maxima Beſtialitas eſſet ea ipſa experiri uelle quæ ipſe imū
dus ac Beſtia fœtida narat (quæ honeſtatis gratia obmiſi) &
nō cōſiderat differētiā quā ſeruāt Sapiētes ac phyloſophi iter
Laſciuiā & luxuriā nec adhuc cōſiderat diſtinctionē poſitā in
cap. 164. Vnđ ſenſus ac ueritas illiuſmodi Not. talis eſt, ꝙ nō
ſimpliciter iudicare poſſimus aliquē habere potentiā ſiue apti
tudinē procreandi filios ex hoc ꝙ laſciuus eſt aut Luxurioſus
nec ſimiliter, ecōtrario debet quis ex impotētia iudicare ex hoc
ꝙ. ſ. non eſt Laſciuus aut Luxurioſus. Nam Laſciuia non con-
currit principaliter ad generatiōem filiorum ſed Luxuria nec
tamen ex hoc ꝙ aliquis eſt Luxurioſus ſequitur ꝙ potentiam
ſiue aptitudinem habeat ad prolis generationem. Nam pleriq;
ſunt qui q̄uis Laſciui ac Luxurioſi exiſtant attamen filiorum
gaudio priuari uidemus. Ratio autem huius eſt quia Coitus. La
ſciuia. Luxuriaq; ex diuerſis cauſis ꝓuenire poſſe conſpicimus
prout ēt in diuerſis ſubiectis reperiuntur nulla tamen aptitudi
ne ad prolis generationem in exiſtente. Etenim ipſa habitudo ſi
ue potētia generatiua perſiſtit in debita ꝓportiōe ſiue tēperātia
caliditatis ac humiditatis cui proportiōi īexiſtere dicitur ſub
ſtantia ac ipſa perfectio actus Venerei. Dico autem actus Ve-
nerei nō illius qui cōmuni uocabulo dicitur Coitus (qui ex Laſci
nia ſiue Luxuria ꝓgreditur) ſed illius qui cātur ex organica
ꝓportiōe ab ipſa q̄litate tēperata ꝓueniēs, quæ quidē ꝓportio
eſt pria ac pricipalis cauſa ipſius uirtutis ac potētiæ generati
uæ, & dicitur ſubſtātia ac pfectio eiuſdēmet uirtutis ac potē-
tiæ gñatiuæ. Et iō ueri phyloſophi ac chyromātici dicūt. ꝙ ſē-
per conſideranda eſt. Qualitas ipſius uirtutis generatiuæ. ſ. ſi

ex ſua propria ac naturali cōplexione oſtēdit aptitudinē ac potētiā ad prolis generationē, & ēt Quātitas .ſ. ipſorū filiorum. Nam licet aliqui nō habeāt filios nō tamē ꝓpter hoc ſeqīatur ꝙ ſint habiles ad filios procreandos. Vnde quidā duos tātū filios habēt alii. 8. Alii. 6. Et uſq; ad. 24. filios Virū ex duabus uxoribus habuiſſe cognoui ſucceſſiue .ſ. poſt mortē unius alteri nubēdo. Et iſtorū poterat dici aptū quēlibet extitiſſe ad prolis generationem nec eorū quiſpiā dici poterat ipotēs ad propagationē niſi forte cōparatiue loquēdo, unius ad alterū. Et quo ad hoc opinioni illorum inhereo qui ex defectu mulieris id prouenire diudicāt .ſ. ꝙ ipſa (quādo defectus prouenit ex interiori parte uirilitatis) eſt nimis calidæ & ſiccæ cōplexionis. Vnde et Cocles cōcludit ꝙ ille accepit uxorem & filios procreauit.

Capitulum. cclxxii De cognitione diuerſarum complexionū ſeu humorum.

Color albus & quaſi perſpicuus clarus & ſubrubeus equaliter qualitatē cōem oſtēdit. Talis enim color debet eſſe quaſi in uniuerſum corpus naturaliter bene diſpoſitū. Tria ſūt loca in quibus oſtēditur potētia colorū primo in facie ſecūdo in manibus, tertio uero in pectore, ſi talis color ſit flāmeus ocioſum dicunt oſtēdere, & maximæ ſi ei inſit mobilitas oculorum ut dicūt. Si talis rubedo ſit fuſca ſignū eſt groſſi ſanguinis & denotat deceptorē. Talis color dicitur inopos ab Alberto & eſt color rubeus flāmeus obſcurus, ſed melius poſſet dici color diabolicus. Si autē talis color rubeus appropinquat uiriditati uel quaſi glaucedini pluſq̄ albedini nigrā coleram & ſuas conditiones oſtendit. Si autem citrinitati ſubtili quaſi albedini qualis ſolet eſſe in conualeſcentibus, & hoc ſine magna materia ſignū eſt emiſſionis ſpermatis & ſpirituū & ſpecialiter ſi

eius oculi ſint profundi & mobiles, tales detinẽtur amore he-
roes ſiue illiſci ideſt paſſio amoris. Alii dicũt amore equorũ. i.
ut equi habet furiam infrenatã & irrationabilẽ in furia amo-
ris, et ita iſti, ſed talis. expoſitio nõ mihi placet, quia paſſio amo
ris nõ eſt in poteſtate noſtra nã ea in ueritate eſt egritudo. Si au
tem albedo ſuperet & rubedo ſit in tãtum diminuta ꝙ uix ap
pareat ſignũ eſt flegmatis & ſue cõditionis. Talis enim color
ſolet a priſcis nuncupari gliſcus. Et ſi huic colori ſit admixta
uiriditas mali flegmatici ſignũ & ſuarum cõditionũ. Et ille
color dicitur color plũbeus cõmixtus cum fuſco & uiridi ulti-
mus gradus malicie cõplexionis hoc eſt mortificationẽ natu-
ralem calor oſtẽdit. ℂ Tactus tẽperatus & bonus conſiſtit in
debita proportione primarũ qualitatum & magis appropin-
quat caliditati & lenitati ꝗ frigiditati aut aſperitati, & ma
gis carnoſitati ꝗ macilentie. Talis. n. tacitus bonitatem cõple
xionis ideſt equalẽ cõplexionẽ cum bonitate ingenii & intelle-
ctus arguit. ℂ Vene multum late & apparẽtes colericum &
ſuas cõditiones oſtẽdunt. Subtracte ideſt quaſi cõpreſſe & ali
quotiẽs in colore plumbee melancholiã denotãt. Profunde uene
in corpore flegmaticam naturam oſtendere uidẽtur. Vene in de
bita proportione apparẽtes et notabiles ſanguineã naturã deno
tant. ℂ Lin a Epatis alba in colore & groſſa in ſubſtãtia mul
tum poteſt ſuper propriatate flegmatis. Et ſi fuerit ſubtilis &
mali coloris. ſ. plumbei & citrini uel rubei atteſtatur ſuper co
leram. Quãuis baſis trianguli in pluribus manibus nõ inuenia
tur niſi in ſenectute propter exercitia operum quia ſi in iuuen-
tute ceſſante labore, & cauſa legittima, nõ apparuerit, calorem
deſignat & cutis ſubtilitatem & cũ hoc colerã & eius pro-
prietates ut ſit agilitas corporis & c. Nam uelox eſt cito loqui
tur. amat uina fortia, & cibos calidos. Si uero manus debilis,

& mollis fuerit carens hac linea frigiditatem & flegmati-
cam complexionem ſignificat, & eius proprietates. ſ. pigrum
tardum in loquẽdo & ĩpeditũ, libenter dormiẽtẽ & ſomniãtẽ.
5 ¶ Si locus triãguli ſit rugoſus & mollis, flegmaticã cõplexio
nẽ oſtẽdit, et eo magis quo Angulus dexter obtuſus ſiue groſſus
inertiam arguit & ſomnolentiam ratione ſolum flegmatis do
minantis. ¶ Siquædam lineæ paruæ capillares inordinate fue
6 rint in mõte manus in iuuẽtute ꝑfectionẽ naturæ oſtẽdũt. hoc eſt
bone, & temperate complexionis & potentiam oſtendunt, hoc
eſt ſunt apti nati perficere operationes laudabiles, ut inſurgit
ex temperata qualitate & ſpecialiter ſi ſint inordinate mul-
te, & hoc intelligendum eſt ſi ſint conditionaliter colorate.
Et ſi tales lineæ paruæ ſint uerſus raſcettam, ſignum eſt fri-
gide & flegmaticæ naturæ, & hoc intelligitur quando non
ſint rubeæ. Et ſi tales lineæ ſint rubeæ alium morbum indi-
cant, ideſt morbum, ex commixtione humorum cum multi
tudine, Si pars illa ſit lenis et mollis erit morbus ex flegma-
te. Si ſit aſpera, & ſicca moribus erit ex melancholia uel
7 cholera. ¶ Si quædam crepature ideſt lineæ ſimiles crepa-
turis reperiantur in monte manus prope mediam naturalem
diſtinctionem naturæ oſtendit hoc eſt diuturnitatem uitæ in
diuerſis etatibus uſq; ad ſenectutem perficitur tẽpus, tamen
frigidam complexionem denotat. Si quædam lineæ paruæ
oriantur ex radice indicis et uadant tranſuerſe per ipſum di-
gitum quaſi ad ſuperius tendentes uerſus dorſum digiti. ſi-
gnificant colericum & ſuas cõditiones. Et ſi tales lineæ uadãt
ad inferius arcuales ſignificant melancholicum & ſuas con-
8 ditiones, & ſi hæc lineæ oriãtur ex latere indicis & currãt re
ctæ æquediſtantes ad aliud latus ſignificant ſanguineum &
ſuas conditiones. ¶ Et ſi quedam illarum linearum uadant

ad ſuperius, & quedam ad inferius eſt ſignum flegmatis & ſuarum conditionum.

℃ Tricaſſus Mantuanus.

AD clariorem noticiam huius primi ſigni. Videatis tertium capitulum tertiæ partis ſecundi libri, ſigno primo. ℃ Quo ad ſextum ſignū ſciendum ꝙ tales lineæ non proprie debent eſſe capillares, immo pro maiori parte ſunt ſimul unite, & magis dicuntur eſſe concurrentes, attamen in fine ſimul iunguntur ſcilicet uerſus concauum. ℃ Quo ad.7. autem ſignum. Aduertatis ꝙ tales crepature aut lineæ debent eſſe ſubtiles aliter namq; ſignificarent naturam malancholicam, & aduſtam cum prædominatione cholerae. Si autem eſſent multum groſſe ſignificarent aduſtionem in ſummo gradu, & ex conſequenti fatuitatem ſicut dictum fuit in capitulo. 254. in ſolutione illius problematis. ℃ Quo autem ad octauum ſignum ſi recte conſideretur eedem lineæ inueniuntur etiam in prima iunctura.

℃ Capitulum Ducenteſimumſeptuageſimumtertium. De diuitis & opulentiis in diuerſis ætatibus. 1

SI in principio lineæ capitis oriatur quedam linea recta bene colorata, & extendatur uſq; adinuicem & finiatur ibi habens habebit multa bona fortuna ſibi denegante, & hoc erit in prima ætate. Si autem talis linea uadat ad digitum medium, habebit bonum in media ætate. Si uero ad medicum uel 2
auricularem uadat, habebit in ultima ætate. ℃ Si prope lineā uitæ iuxta receptam manus ſint lineæ ut crux uel ſtella, diuitias 3
ſignificāt in ſenectute. ℃ Lineæ quattuor æquediſtātes in latere mōtis policis uerſus brachium uel in reſtricta uenientes uerſus

partes eminentiores mõtis ipſius, ſignum eſt diuitiarum & ho
norum in prima ætate. Si prope iuncturam policis, in ſecunda
4 ætate. Si uero iuxta unguẽ, in ſenectute. ❡ Si in raſcetta uariæ li
neæ ſe interſecauerint in debita diſtantia ad modum cuiuſdam
ludi ſcacchorum, bona & diuitias in ſenectute demonſtrant.
5 ❡ Stella uel triangulus bene diſpoſitus in raſcetta, diuitias in ſe
6 nectute denotat. ❡ Dicunt Moderni & etiam Coruus. Quan-
do in manu in raſcetta fuerint quattuor lineæ, quarum duæ ſupe
riores fuerint latæ. Tenues uero inferiores ad mediã uſq; æta-
tem, uitæ fortitudinem & diuitiarum copiam ſignificabunt.
Vltra uero ipſam ætatem mediam & diuitiarum diminutio-
nem, & uitæ indicabit debilitatem. Dicũt etiam, ſi quattuor li-
neæ in reſtricta ſupernotatæ fuerint, & duæ inferiores ſint la-
tæ, & ſuperiores exiguæ aut tenues. 80. annorum ætatem ſigni
ficãt, & in prima & ſecũda ætate paupertatem ſignificabũt.
Sed ultra mediam ætatem & rerum fortitudinis augmẽtum
ſignificabũt. Verum ſi prima craſſa & ſecũda ſubtilis, tertia
craſſa, quarta ſubtilis inuẽtæ fuerint, in prima ætate fortitudi
nem & diuitias ſignificãt. In ſecũda utriuſq; rei diminutionẽ,
& hoc modo ſi lineæ craſſiores latiores fuerint, bonum indica
bunt, tenues uero malum. Vnaquæq; tamẽ linea uiginti ætatis
annos pollicẽtur. Quãdo in reſtricta prima linea de illis quat
tuor ſupranotatis diſcõtinua et tortuoſa fuerit inuẽta, r eliquæ
uero inſequentes cõtinuæ in angulo recto & acuto ſuper lineas
exiguas antedictas, uitæ nõ rerum debilitatem in prima ætate
prima ſignificabit. Poſtea cæterarum linearũ inferiorum etiã
in uita multo magis ꝓſperabitur. Verũ ſi angulus inuenietur,
& uitæ & rerum debilitatem ſignificabit. Hõ erit laborioſus
abſq; honore, modico ingenio, & uitiis plenus, hæc ille. ❡ Scu-
7 tum uel paruus triãgulus, aut ſphærica forma in mõte indicis

bene cõditionata,ab infantia uſq; ad ultimam iuuẽtutem ſm
qualitatem ſui faciunt ægenum,poſtea uero diuitem. ¶ Stellæ
ſubrubra in quadrãgulo exiſtẽs,in prima ætate inopiam atte-
ſtatur,ultra uero diuitias ꝓnunciat. ¶ Figura.A.uel.B.uel.C. 9
uel.D.in mõte auricularis ſi fuerit male colorata , pauperem
uſq; ad medium uitæ denunciat , ultra uero diuitias oſtendit.
¶ Quãdo principio linea mẽſalis fuerit ramoſa & uadat ad 10
ſuperius,pauperem rerum affluẽtiam atteſtatur, & quo ma-
gis extẽduntur rami,eo magis in ſenectute abũdabit,ſed ſi nõ
extẽdatur,ceſſabit,quãdo in fine mẽſalis fuerint tenuæ , rerum
dominium ſignificat, & quãdo bona radix bonoq; colore fue-
rit,rerum in ſcđa ætate reſtaurationẽ indicat,ut legitimi ſpe-
culatores autumãt. ¶ Dixit fur chyromãtiæ picte,quãdo mẽ 11
ſalis bifurcata in ſuperiori parte fuerit,hoiem anxium ſignifi
cat & laborioſum uſq; ad annos .20. poſtea res ſuæ augmẽta-
bũtur, & eius ceſſabũt moleſtiæ,hoc inueni in pluribus libris au
ctorum,licet noia ignorem. ¶ Si a raſcetta oriatur linea ſatur 12
nina recta & cõtinua bene colorata, & extẽdatur uſq; ad me
diam naturalem in principio,competẽtem uitam ſignificat,in
fine uero meliorẽ,cõtrariam habeo ego in manibus meis, quia
ipſa ſe extẽdit uſq; ad mẽſalem, & ita ſemper retrogradatus
fui a fortuna in hora nõ bona. ¶ Dicũt quidam ꝙ quãdo baſis 13
triãguli flexuoſa fuerit anguluſq; uitæ altior,pauperem rebus
& aĩo debilem oſtẽdere uidetur. Et quãdo ſenectuti appropin- 14
quabit ab aliis ab inopia & rerum penuria adiuuabitur. ¶ Di
xit Coruus quãdo duo rami inueniãtur a linea uitæ naſcentes,
& per triãgulum trãſeuntes, etiam ſi lineam mediam ſecaue-
rint poſt res aduerſas, ꝓſpera uentura eſſe ſignificãt. Notãdum
uero eſt ꝙ hmõi rami ſunt partes lineæ proſperitatis quãdo-
cunq; lineæ uitæ uniũtur , & in ramorum ſpecie egrediuntur.

15 ¶Cruces ſeu ſtellæ in monte manus, ſignificant ꝙ habentes acquirent diuitias cum magno labore, in ſenectute uero cum honore.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

IN,1.ſigno huius cap.ſciẽdum ꝙ multotiens iſta linea uidetur eſſe,ueluti dictum eſt in mea chyromãtia,figura.47. & ideo iudicandum eſt ſm regulam quam ibidem expoſui i.2 parte.cap.5. ¶Quo ad.3.ſignum ſciẽdum ꝙ illud bonum futurum eſt ex morte alterius qui uolũtarie legata cõſtituent,aut etiam hereditarie ſuccedẽt. ¶Quo autem ad.6.ſciẽdum ꝙ Cocles inſimul cum aliis multis in maximum errorem plapſi ſunt.Vnde primum dico ꝙ iſte quattuor lineæ ſunt ille que in.3.ſigno exponũtur.Secũdum dico ꝙ quo ad ſignificatum oĩa ſignificãt cõtrario modo expoſito,& tale infortunium futurum eſt quã tum ad hoc ꝙ talem hereditatem cõſequetur,ſed cum litigio. ¶Cum autem dicit ꝙ habẽs illas quattuor lineas ætatem.80. annorum ſignificat,falſum eſt.Nam ille lineæ que hoc ſignificatum retinẽt reperiuntur per trãſuerſum brachii apud raſcettam,ſicuti figuratum eſt in chyromãtia mea apud figurã.9. ¶Cum autem dicit ꝙ ſi.1.&.2.ſunt craſſæ & apparẽtes ſignificãt bonam fortunam in.3.ætate, & ſimiliter quãdo formãt quẽdam angulum.Dico ꝙ ille lineæ que iſtiuſmodi retinẽt ſignificatum differentes ſunt ab ipſis lineis prædictis.ſ.ab illis quæ ſunt in mõte policis & ab illis que brachium trãſuerſaliter ſecant.Tales autem lineæ inueniuntur in raſcetta in fine mõtis policis uerſus mõtem manus,& uidentur quodammodo ex brachii radice ortum habere.

¶ Capitulum.cclxxiiii.de cauillatoribus & ſolertibus mechanicis.

MAnus craticulata, cauillatorē hoīem oſtendit, ſed in his quæ manu fiunt, ſolertem & ingenioſum dicūt. ¶ Obſeruatū eſt apud me ꝙ angulus ſummus acutus, aut ualde ſeparatus cum lineis martialibus, ſolertem & ingenioſum mæchanicum oſtēdit. Dicunt quidam recentiores ꝙ ſi quis habuerit manus nō nimis magnas aut manus paruas. Verum ꝓportionatas corpori ſuo, talis eſt magis cōueniens & aptus in oībus accidentibus ſuis, hoc eſt magiſteriis quæ acquiruntur accidētaliter & nō mere naturaliter. ¶ Digiti longi & ſubtiles & adinuicem 2 bene ꝓportionati, bonum ingenium oſtendunt, maxime in rebus mæchanicis. ¶ Tricaſſus Mantuanus.

SEcūdum ſignum huius cap. quo ad figurationem primam uerum eſt (.ſ. quo ad angulum acutum) nō autem quo ad reſiduum. hoc autem euenit, quia angulus ſupremus acutus, ſignificat hoīem callidum, aſtutūq;, & cum timiditate. Quapropter cum in operationibus ſuis exire oportet, in rebus magnanimis ſe exercere nequit, unde & in ſeruilibus occupatur. Quādo angulus ſupremus ſeparatus, ſignificat caput uolubile & fantaſticum in martialibus, aut laſciuiæ operam dare.

¶ Cap. cclxxv. de his qui nō contentantur in animo ſuo.

¶ Groſſa & calloſa manus uidetur denotare illum hoīem qui nō cōtentatur in animo ſuo, ſicut placuit Ptholomeo.

¶ Capit. cclxxvi. de his qui ſunt curioſi in rebus agendis, & quicquid agunt faciunt pro aliis.

SI linea ſaturnina triangulum tranſeat & ultra, & alia linea a cardiaca ad menſalem lineam ꝓueniat quaſi equalis & continua uſq; ad digitum medium deueniens, talis qui

modiq; habēs curioſus eſt in negociis peragēdis, & in uariis re/
bus ſe intromittet. Si uero ſit inequalis & diſcōtinua, erit in ne
gociis ꝑ aliis quæ minime ad ſe pertinebūt, ſignificat ꝙ res
agētur ſm maiorem & minorem eius diligētiam, ut ſcribunt
quidam, ſed ego nō intelligo quid uelint dicere, puto ꝙ textus
eſt corruptus, & credo ꝙ intelligāt de linea ſaturnina ſimpli
2 citer quocunq; inueniatur. ¶ Linea recta & ꝓfunda ueniens
a mēſali & tendēs ad digitum medium ſine ꝑpe, in negociis
curam magnam, & laborem denunciat, ut egomet habeo in
manu mea dextra. Si duæ fuerint uel plures, tāto fortior & ua
lentior eſt dicta ſignificatio. Si uero lineæ huiuſmodi multum
graciles appareāt ſeu ſubtiles, hoīem de negociis parum cura
re denunciāt, & ſi ſuper ab aliqua linea ex tranſuerſo ſecentur.
3 talis in ſuo labore impedimētum patietur. ¶ Si linea quæ eſt in
ter brachium & manum in reſtricta fuerit recta & cōtinua,
hoīem in ſuis negociis magis q̄ in alienis ſollicitum eſſe oſten/
dit, ſi fuerit tortuoſa uel diſcōtinua, in alienis negociis erit ma
gis ſollicitus q̄ in ſuis.

### ¶ Cap. cclxxvii. de his qui habent uitam quietam.

1 Nullæ lineæ in tuberculo medii, uitam quietam de
notat, & hoc intelligitur quādo tuberculus eſt
2 tumidus & bene coloratus. ¶ Quando menſa
3 manus eſt ualde bene cōditionata & quaſi ſine
rugis, uitam quietam denotat. ¶ Quando an/
gulus ſummus coniungitur recte ex oppoſito medietatis indi/
cis, ſignificat rationabilem fœlicitatem et inculpabilem uitā.

### ¶ Cap. cclxxviii de mulieribus quæ ſunt inclina/ tæ ad faciendum filios abhortiuos.

1 Dicunt aliqui ꝙ ſi mulier habet manus uiriles cito
poterit concipere, ſed partum nullum tamen pro/

duxt. ¶ Si linea menſalis fuerit debilis fracta ſeu capillaris, 2
aut cum ſemicirculis, difficultatem arguit in retinendo fœtu. Similiter quando eſſet punctuata & debilis, difficultatem retinendi fœtum denotat. ¶ Lineæ ualde paruæ aut interſectæ in 3
ter primam & ſecundam iuncturam digiti minimi, quot ſunt lineæ, tot filios abhortiuos arguunt.

¶ Tricaſſius Mantuanus.

¶ Iſtud tertium ſignum communiter eſt falſum, immo penitus falſum eſt. ¶ Videatis cap. 108.

## ¶ Cap. cclxxix. de his qui ſunt potentes in coitu & apti ad generationem.

MAnus uiriles & muſculoſæ, potentiam coeundi 1
& generandi teſtantur. ¶ Triangulus equilate 2
rus cum lineis quæ habeant trinariam proportionem, facit aptos ad generãdum. ¶ Linea mẽ 3
ſalis cum trinaria proportione & ſi ſit boni coloris, uirtutem prolificandi denotat. ¶ Linea media naturalis 4
cum bona fixione & latitudine, cum bono colore, & quãdo palma eſt aperta quaſi parua puncta poſita ſunt in eius latitudine, ſignum eſt ꝙ habebit bonam uirtutem gignendi atq; filiãdi. ¶ Omnia quoq; ſigna quæ concurrunt ad dominium cali 5
ditatis & humiditatis his conueniunt, & huic loco poſſunt applicari.

## ¶ Cap. cclxxx. de inuidia.

QVando linea capitis & cardiaca nõ bene coniunguntur ſimul, ſed diſtãt ab inuicem prædictæ duæ lineæ notabiliter purum ſpaciũ dimittentes, maximam inuidiam atteſtari uidẽtur. ¶ Linea mẽſalis ueniẽs ultra medietatem indicis, ſignum eſt inuidiæ & detractionis, maxime ſi in fine

3 eius ſit pallida uel liuida. ¶ Si angulus ſummus nõ coniungi-
tur & illud ſpatium ſit male rugoſum, inuidum, & deceptorẽ
4 teſtari dicitur. ¶ Quando digiti ſunt parui & tenues, ſtulti-
5 tiam & inuidiam demõſtrant. ¶ Quãdo etiam digiti flectũ-
tur in ultima iunctura, inuidiam quoq; demonſtrant.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

Duertẽdum circa. 1. ſignum ꝙ angulus ſupremus tali modo figuratus non ꝓprie ſignificat hoĩem inuidum, quia inuidia ꝓprie eſt cum dolore boni alterius. Hi aũt qui hmõi ſignum habẽt nõ triſtãtur bonis aliorum, ſed ſolum æmulãtur, ut & ipſis ſimilibus bonis perfrui mereãtur, & hoc potius ex uanitate q̃ auaritia, & in iſto cap. melius fortaſſis ponerentur ſigna auaritiam ſignificatiua q̃ huiuſmodi ſignum.

¶ Videatis cap. 263.

¶ Cap. cclxxxi. de his qui habent uitam ſine cogitatione, & alii lucrabuntur pro eo.

Icunt chyromãtici. Si linea generationis diuidatur prope finem eius et duos efficiat ramos quorum unus uadat ad tuberculum indicis, alter uero ramus uadat ad medium. Talis habebit uitam ſine cogitatione, & tamen alii lucrabuntur pro eo.

¶ Cap. cclxxxii. de Regibus, Principibus qui male finiunt & amittunt regnum ſeu dominium.

1 Ngulus ſummus ualde infimus, aut ualde ſepa-
2 ratus, amiſſionem ſtatus demõſtrat. ¶ Linea ſa-
turnina nõ bene cõditionata & ualde ꝓſſa cũ
uberrima copia linearũ in medio tuberculo, am-
miſſionem domini minatur. ¶ Linea menſalis

protenſa & uſq; ad indicis tuberculorum nuda ſine ramis, in fortunium maximum, & amittere ſtatum ſuum denuntiat. ¶ Quādo ima linea emergit a cōcauo manus & uſq; ad ra 4 dicem medii ptēdat. Oēs in hac arte periti cōueniunt in unum ꝙ talis poſitura ſignificat ammiſſionem dominii & etiam in uinculis mori. ¶ Hmōi rei exēplum tibi dabo. Si in manu ſit linea cordis mediaq; naturalis, & linea mēſalis & ſint nudæ ſine ramis, & tuberculi ſint illineati atq; depreſſi. Et inſuper linea ſaturnina ſit male cōditionata cum exuberātia linearū in ſaturnino loco. Et ſit diſgregatio digitorum cū articulis craſſis, dicas tūc ꝙ penitus ſm inclinationē naturalē, ille amittet regnū & uitam. ¶ Alia manus ſit bene mōticulata, & angulus ſupremus ſeparatus ualde, et linea mēſalis nuda ſine ramis & ēt articuli ſint craſſi. Dicas tūc ipſum amittere regnū & mala ne.e mori. Alia manus ſit bene lineata atq; mōticulata et hēat angulū ſupremum ualde infimū cum linea quæ dicit̄ mater carcerum quæ eſt illa quæ initiat in concauo manus, & extenditur uſq; ad primum articulum medii digiti aut ad ſecundum. Dicas tunc ꝙ ille Rex, Dux, Princeps, uel Dominus in uinculis morietur, & amittet Regnum, Ducatum, uel Principatum ſuum.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

PRo maiori noticia huius capituli, ſciendum eſt ꝙ hoc quod Cocles noſter dicit de ammiſſione principatus, & id etiam quod ipſe dixit in capitulo. 229. de infortuniis. & capitulo. 287. ſunt unum & idem, quo ad effectus ſuos, uidentur autem apud aliquos magnam differentiam facere, maxime, inquantum dicitur ꝙ conditio perſonarum ſeruanda eſt in iudiciis dandis. Nam illud quod de Ciuibus, ac etiam de

Nobilibus in diuitiis indicatur. hoc idẽ de principatu ( quo ad Dominos ) pronũciãdũ eſt. Et ſimiliter de omni alio ſubiecto ꝓportionaliter, ¶ Quo autẽ ad. I. ſignũ Aduertatis. ꝙ Angulus ſupremus deprimi aut eſſe depſſum põt dupliciter itelligi. Vno modo eſt quãdo uitalis & Naturalis uniũtur in oppoſito Digiti medii. Alio modo quãdo uniuntur in mõte indicis aut in tuberculo ipſius uerus ꝓpter digitorũ, itaꝙ multum inclinatur uerſus ipſos digitos. & quodlibet horũ retinet eundẽ effectum aut ſignificatum, & omnes mali ſunt, ſecundũ autẽ modo eſt deterius ac periculoſius primo.

¶ Capitulum. cclxxxiii. De his qui ueneno moriũtur aut propter res uenenoſas aut ex percuſſione.

Quãdo angulus ſupremus nõ cõiungitur et parũ diſtat, & quedã linea ſit inter duas lineas cõſtituẽtes angulũ, & prædictæ lineæ ſint ita ꝓpinque quod utraq; ſe tãgat ſuperius, & ſe extẽdat ad inferius ſignificat mori ex ueneno aut percuſſione.

¶ Cap. cclxxxiiii. De his qui inebriãtur & ganeis utũtur.

Sunt aliquæ nationes apud quas nullũ eſt dedecus inebriari. aut uti ganeis. Et quedã eſt genitiuũ ſpecies quæ eſt ex inclinatione naturali ꝓna & decliuis ad ebrietatẽ, ut ſunt homines martiales lenones luſores caupones, & illi qui a uulgo nominãtur brẽptatores, qui præcio conducti uina ferunt ad alienas domos. inter iſtos pono et'piſtores. Si reperies in iſtis ſigna aliqua ebrietatis intẽſiue poteris iudicare. ¶ Si ergo media & cardiaca nõ ſũt cõiunctæ, & notabiliter diſtãt, Et colliguntur ab uno uel duobus baculis utrinq; ſe tãgentibus dicas ſignificare hominem pœnitentem expenſarum & largitatis factæ aliquãdo autem talis

baculus

baculus uel baculi oriuntur ex una & dabunt prope aliam Li-
neam tūc ſignificatur Vinoſus & ebrius. Valde quoq; ad ebrie
tatem ſunt inclinati & proni illi qui martialem lineam habēt
quemadmodum diximus in ſuo loco, & præcipue illi qui ha-
bent angulum ſupremum ualde ſeparatum ex quacunq; cauſa
aut modo aut lineatus ſit aut non. Dicunt quidam, & præcipue
Anthiochus. Si in ſpecie arcus media naturalis deflectat men-
ſali, ita quod nullum uel arctiſſimum in medio ſpacium derelin z
quat temulentum atq; cauponarium oſtendit. ¶ Scribit etiam
Anthiocus noſter de angulo ſupremo ad iſtud propoſitum di-
cens. Si in ſummo angulo reperiātur duæ lineæ equediſtantes et
una ex duabus lineis non tetigerit ebrietatem cum uoracitate
prætendere uidetur, ſed ipſe antiochus non intellexit nec potuit
bene exponere oportet dici ut præcedenti clauſula actum eſt.

¶ Cap. cclxxxv. De infortunio circa domum & familiam.

SI linea ſemicircularis ſit in triangulo prope angu
lum ſummum, & eius cornua reſpiciant uerſus
partes digitorum turbationem familiæ atq; do-
mus eius ſignificat.

¶ Cap. cclxxxvi. De his qui perueniunt ad honores ſeu ad offi
cium & ſunt fortunati apud Reges uel res publicas.

DE maximis rebus quæ deſiderantur in hoc ſeculo
ſunt honores diuitiæ exaltationes officia & bona
fama. Congruum igitur eſt de his pertractare. 1
¶ Linea menſalis cum ramis rectis ad ſuperius
tendentibus uerſus indicem ſignum eſt exaltationis. & deno-
tat honores officia & dignitates. Et ſi tales fuerit pauper aſcē
det gradatim ad prædicta. ¶ Quando linea menſalis ſic figu z
rata ut ſuperius dictum eſt uadat ad radicem indicis & in fine
eius firmetur & ex altera parte quidam ramus eius aſpiciat

radicem policis ſignificat exaltationes & honores aut officia,
3 & talis erit dulcis animi & morigeratus. ¶ Si quædam li-
neæ ueniant a radice policis uſq; ad lineam uitæ poſtremã. quæ
eſt uerſus angulum ſupremum, cupidum honoris & laudis &
inanis gloriæ denotant, ſi aliqua connexa habent ſignificant ho
4 nores & diuitias apud principem ſeu ſenatũ. ¶ Dicunt quidã,
quãdo duæ lineæ oriantur a raſcetta cõtinue et ad radicem anul
laris deueniunt ſeruiturem principum ſignificant & talẽ for
tunatũ, quippe cũ principes amaturi ſunt & muneribus dona-
turi. ¶ Vide cap. 141. quia idem ſunt, & alia, ſigna. habebis.

¶ Cap. cclxxxvii. De infortunio in diuitiis atq; negociis

SI linea menſalis ſit connexa cum linea capitis &
1 Linea uitæ, ita quod angulus cauſetur infortuni-
um maximum minatur ita ꝙ deſiderabit ſe nun
quam ueniſſe in mũdum. ¶ Linea menſalis recta
2 & ſubtilis in fine ius uerſus montem indicis in-
fortunium & ſubſtantiæ diminutionem promittit. ¶ Si linea
3 menſalis nõ firmetur iuxta digitos ſed tantum terminet ſe ad
digitum medium habentem ducere uitam ſuam ſicut auis. hoc
eſt ꝙ permanent in continuo timore quemadmodum aues in ra
muſculis & nidis ſuis occultantur, cum periculo ne recipiant
alienas inſidias. Ita ꝙ habentes talem poſituram ſic ſe habent
uniuerſaliter in uita ſua & in negociis ſuis ita ꝙ arguit uni-
uocum infortunium. Alii dicunt, quod ſi dicta linea menſalis in
fine ſui fuerit ſubtilis & rubra omnia prædicta minuuntur.
Si uero fuerit groſſa & rubra augmentat. ¶ Quando linea
menſalis eſt bifurcata uerſus indicẽ uel medium ſignum eſt la
4 boris in tota uita ſua. ¶ Si linea mẽſalis mãdauerit unicum ra
muſculum inter mediũ & medicũ labores & anguſtias oſten-
5 dit ſi ſit ſubtilis et rubra omnia prædicta minuũtur, ſi au-

tem ſit groſſa & rubra auget ſignificatum. ¶ Si linea mēſa-
lis in pluribus locis interciſa fuerit labores ſiue requie denotat.
Alius textus dicit ꝙ labores & anguſtias cum rigibus ſignifi
cat utraq; ſententia a me eſt experta. ¶ Tenet Mercurius ꝙ
quando linea menſalis in ultima ſui parte aſcendit uerſus indi-
cem arguit infortunium quod a me obſeruatum eſt, & hoc in-
telligitur in omnibus negociis. ¶ Si linea quæ dicitur pricipiū
reperiatur in monte ſolis, & ſi fuerit obſeſſa ualde a multis li-
neis, habens fugiat a ſocietate Regum, quoniam ratione eorum
patietur iacturas anguſtias & maximū infortuniū et fortaſſe
carceres cū mortis periculo. ¶ Tricaſſus Mantuanus.

IN.4. ſigno huius cap. aduertatis in iudicio taliū
ramuſculorū nā tales rami nō proprie ad indicem
aſcēdunt imo inter ipſum & mediū reflectūtur.
nec de ſe proprie multū extēduntur, ſed tātūmo-
do in pricipio oſtēdūt inclinationē uerſus digitos ipſos. ¶ Quo
ad.7. ſciēdū ꝙ hoc intelligitur quādo ipſa linea nō ꝓprie aſcē
dit in indicem imo inter ipſum & medium uerſus indicem ta-
men. Et quo magis proximatur ipſi Indici eo minus eſt nociua.
Huiuſmodi autem infortunia non multū comprehendi poſſunt,
cuius.ſ. ſpetialitatis ſunt. ita ut quodamodo iudicemus de una-
quaq; re impedimentum aliquod conſurgere.

¶ Capitulum.cclxxxvii. de his qui ſunt bilingues adulatores
atq; mendaces.

QVādo mēſalis linea uel rami eius uadūt ad lineā
capitis ſuperius certa ſibi proficua talis capiet, 1
adulator erit, & in uerbis mendax eritq; pla-
cens gentibus, & in abſentia pungit ut uenenoſus ſcorpio &
de aliis murmurat ut manifeſtum eſt. ¶ Multæ lineæ in 2
monte policis interciſe ſeu conglomerate & ſubtiles defectum

3 mentis & mendacium oſtendunt. ¶ Si quedam linea fere ut
centura iuxta ſupremum angulum ſit & reſpiciat indicem ta
4 lis eſt bilinguis & propria lingua ledetur. ¶ Manus paruę ar
guunt mēdatia adulationes dolos & fraudes. & eo magis quo
fuerint. Digiti concaui & indiſpoſiti adinuicem non bene ſe cō
5 iungentes. ¶ Scribunt quidam quod ſi linea menſalis in caua
manus habuerit plures ramos riuuloſos ſignificat hominem
fallitum & concipientem in negociis peragendis diuerſa pro-
poſita & uaria & pauca ueritate ea proſequetur. ¶ Quando
6 media naturalis ſit nimis breuis & diſcontinua inconſtātiam
uerborum arguit. ¶ Si in principio mediæ naturalis ſint lineæ
7 ſimiles arbori palmæ, & tales lineæ ſint ualde magne & cur
uę, & tales rami uadant ad inferius reſpicientes montem ma-
nus inconſtantiam & mendacium demōſtrant. ¶ Angulum ſu
8 premum ualde ſeparatum dicunt aliqui mendaciū & linguā
ſerpentinam ſignificare. ¶ Quando inueneris menſalem effi-
9 cientem duos ramos unum ad indicem alterum ad medium di
gitum deuenientem adulatorem atq; mendacem dicunt ſigni-
ficare. ¶ Si autem talis figura. F. fuerit in loco martis falſum
10 mendacem proditorem propter quod malum habebit denotat.
¶ Raro eſt ꝙ Claudi ſtrabones lippitudinarii gibboſi aut di-
11 minuti in aliquo corporis membro & incommenſurati ſint re
ctę naturæ, & ꝙ ſint ſine mendacio & fraudolentia & ꝙ nō
habeant ſerpentinam naturam. Aliqui dicunt ꝙ diminuti acci
dentaliter non ſunt huiuſmodi naturæ. Ego aūt dico & affirmo
hoc eſſe falſum. Quia complexiones habent terminatam com
menſurationem membrorum. Deficiente autem propria latitu
dine deficit etiam talis complexio. Vidi plures qui per accidēs
fuerunt diminuti in aliquo membro. qui prius fuerant comple-
xionis laudabilis qui poſt exceſſum facti fuerūt melancholici.

Dicant illi quicquid uelint pœnitus ſunt incommenſurati, ſunt tamen tales ingenioſi in ſuis negociis. ¶ Color rubeus obſcurus mendacium dolum & fraudes ſignificare dicitur, Color autem liuidus flauus aut cineritius facit hominem qui non cutabit uti mendacio.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

CIrca ſignum.8.ſciendum ꝙ iſtud eſt illud idem de quo ſuperius capitulum.235.conſtituit per quod facilime percipi poteſt quantæ beſtialitatis ſit iſta lingua maledica. Ita ꝙ ( ut melius malignitatem exercere ualeret in Guidum Piſaurenſem ) ex unico ſigno totum capitulum conſtituit( quod tamen ſignum etiam ex ſua propria ſignificatione eandem malignitatem non ſuſtinet quam ipſe narat, immo non proprie ſignificat hominem iniquum, magis autem hominem lætum ac ac leuem capitis, & ſine reſpectu benæ & mali prout ſibi occurrit, ita in ſermone ſicut & in reliquis operationibus exire) demum autem in hoc capitulo ex ſola aliorum operatiõe ipſum exponit. Quod ideo fecit quia re uera ſeipſum erraſſe cognouit in tali expoſitione ſuperius habita capitulo.235. ¶ Sciendum quoq; ꝙ Cocles propter illud capitulum ab ipſo Guidone piſaurenſi occiſus fuit, ut uindicaret infamiam ſibi iniuſte illatã. Quia reuera ipſe Guido erat Vir optimus & Doctus & inter ſapientes honoratus, & adhuc ipſum uiuere credo. ¶ Quo ad.x.ſciendum ꝙ illud quod dicit de his qui ex accidenti diminuti ſunt in aliquo membro ſunt iniqui ac maligni. falſum eſt. Quo autem ad experientiam quam ad coroborationem adducit. dico ꝙ hoc prouenit, non quia in aliam naturam mutentur ſed uidentes ſe impeditos exiſtere in operationibus ſolitis, ſeipſos refrenant ac deprimunt. Et in hoc exemplum habemus de

aliquibus qui prius quidem erant peruerſi & mali poſt huiuſmodi autem infortunium quieti effecti ſunt. Quo autem ad illos qui naturaliter in aliquo membro deficiunt. Dico ꝙ non poſſunt proprie dici maledici ſed ſolummodo quia calidi ſunt & aſtuti ingenioſiq; unde. & non adeo peruerſi ſicuti iſte obloquitur.

¶ Capitulum.cclxxxix. De ſignis bone morigerationis & ſocietatis.

QVando linea menſalis eſt bene conditionata et re-
1 cta ſub indice ac in palma extenſa ſignū eſt bone
morigerationis ſecretarum perſonarum & bo-
2 norum morum. ¶ Lineæ conglomerate ut ſtella
bene colorata in quadrangulo arguit bonitatem morum et lau-
dabilem conuerſationem. ¶ Menſa manus perpulchra & equa-
3 lis cū decenti latitudine ſine linearū interſectione bonos mores
atq; ſocietates laudabiles præſtat. ¶ Lineæ procedētes a me-
4 dia naturali uerſus lineā mēſalem ſi ſint bene apparētes & bo-
ni coloris bonos mores atq; naturam præſtāt. Et ea omnia que
diximus in cap. de æqualitate ingenii huic loco applicāda eſſe
uidentur. Rex morū atq; honeſtæ uitæ eſt Iupiter. Ideo mons Io-
uis inſpiciēdus eſt, poſtea ſolaris locus & poſt ueneris locus qui
præſtat etiam mores tamen cum aliquali laſciuia, & ſi mini-
mus digitus & eius tuberculus eſt bene lineatus. Saturnus &
Mars ſunt peſſimi, Luna uero conuertibis ad utranq; & fœmi-
na flegmatica & ſic conſiderabis.

¶ Capitulum.ccxc. De ſignis iracundiæ.

SI linea menſalis ſit ualde extenſibilis ita quod
1 egrediatur palmam uerſus indicem iracūdiam
ſignificat ſi a multitudine ruboris ſit obſeſſa p̄
2 cipue in ſui fine. ¶ Si clauſum pugnum ſemper

quis teneat impetuoſitatem & iracundiam ſignificat. ¶ Li/ 3
nea arcualis inter indicum & medium exiſtens & per tuber/
culum pertingens uſq; ad minutulum que dicitur cingulus ue
neris iracundiam ſeriam uidetur oſtendere. ¶ Tremor ma/ 4
nus in iuuene ſano oſtendit quod talis eſt facilis ad uehemen/
tem iram. ut ego habeo in manibus meis, & ſi uero tremor fue
rit multum fortis ſignum & uitioſe complexionis, & talis de
facili iraſcitur. Melancholicus multiuolus, & malignus eſt.
¶ Si cutis manus maxime palme groſſa & dura fuerit natu
raliter cum rubore principalium linearum iracundiam denun 5
ciat. ¶ Dicunt aliqui ꝙ ſi linea cærebri ſit nimis groſſa, &
rubicunda iracundiam declarat. ¶ Dubitant aliqui dicentes, 6
ſi ira eſt accenſio ſanguinis circa cor, & ꝙ procedit a calidi/
te, & ergo falſum uidetur dicere ꝙ fœmina eſt uehemens ad
iram ut dictum eſt in radicibus noſtris de diuiſione ſexus quo/
niam fœmine ſunt maſculis frigidiores. Reſpondetur quod
due ſunt diffinitiones ire una eſt materialis altera uero for/
malis. Prima tangitur a phyloſopho in libro de animali/
bus. Et etiam ab Alberto in eodem loco, quod eſt accenſio
ſanguinis circa cor. Altera eſt in libro ethycorum, dum di/
citur. Ira eſt appetitus ad uindictam, Prima eſt materialis,
alia formalis, & utraq; tangitur ab Auerroe ſi bene me/
mini in. 2. de aĩa. Ira quæ accenſio ſanguinis circa cor eſt uehe
mentiſſima in maſculino ſexu, & præcipue in callidis indiui/
duis. Secunda quæ eſt appetitus ad uindictam eſt magis in fœ
minis & in indiuiduis frigidis, et præſertim in melãcholicis,
& quãto aĩal eſt magis uile & abiectum, tanto eius appeti/
tus eſt intenſior. Homo poſt receſſum inflãmationis ſi eſt bene
natus minus retinet ſpecies uindictæ, præcipue ꝓpter bonita/

tem intellectus & rationabilis diſcurſus, & ob hoc eſt magis placabilis. Fœminæ uero propter imperfectionem materici ſunt implacabiles, maleficæ, quoniam ita euenit in frigidis indiuiduis non bene natis.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

SI quis ad oẽs falſitates ac fatuitates huius beſtiæ reſpõdere uellet neceſſario dimittẽdum eſſet intentum principale. Sciẽdum autem ꝙ ꝓpoſita dubitatio nullo modo ex uerbis ipſius ſolui poteſt, & ratio in cõtrariũ adducta magis corroboratur. ¶ Ratio autem in cõtrarium talis eſt. Tu dicis ꝙ fœmina eſt iracundior maſculo. Ego autem dico cõtrarium. Ratio autem eſt, quia Ira ꝓuenit ex accenſione ſanguinis circa cor. Cum igitur maſculus ſit calidioris naturæ q̃ fœmina, ſequitur ꝙ maſculus iracundior ſit ipſa fœmina. Quoniam cum ſit callidioris naturæ, facilius ac uehementius accenditur ſanguis circa cor ipſius maſculi q̃ fœminæ que eſt frigidioris naturæ. ¶ Ipſe autem ad hãc rationem reſpõdit dicens, ꝙ quo ad cauſam materialem maſculus eſt iracundior, quia callidioris naturæ, ira autem (quo ad materiam) eſt accenſio ſanguinis circa cor, quo autem ad cauſam formalem fœmina eſt iracundior maſculo, quia fœmina eſt frigidioris ac uillioris naturæ ipſo maſculo, & intenſius in operationibus ſuis exiſtit. Ira autem (quo ad formam) eſt appetitus uindictæ, In qua quidem reſpõſione q̃uis multa enarrentur, attamen pro ſolutione nihil ad ꝓpoſitũ conferunt, & ad rationem in contrarium que fundatur ſuper hoc. ſ. ꝙ ubi eſt maior caliditas ibi eſt ira uehemẽtior, nam ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. Et illa diſtinctio cauſæ formalis et materialis nihil ualet, nam impoſſibile eſt ꝙ alicubi cauſa formalis inueniatur abſq; accenſione ſanguinis circa cor, et

quo maior eſt accenſio ſanguinis eo maiorem appetitum uindi-
ctæ ꝓducit qui eſt ꝓprius effectus talis accenſionis. ¶ Et ad-
huc amplius ipſe etiam dicit ꝙ hõ poſt receſſum inflãmatio-
nis ſi eſt bene natus minus retinet ſpecies uindictæ, & hoc ex
diſcurſu rationis ac complexione naturali. Et ecõtrario fœmi-
na quæ eſt complexionis imperfectæ magis retinet ſpecies uin
dictæ. Ex quibus ſequitur ꝙ & maſculo & fœminæ ſimiliter
ſanguis accenditur, & oẽs uindictam appetunt, q̃uis fœmina
magis. Et iterum immediate ſequitur ꝓpoſita dubitatio. ſ. cur
fœmina ſit iracundior, cum tamen ſit callidior & calliditas
ſit cauſa talis appetitus uindictæ ꝓpter accẽſionem ſanguinis,
Quapropter neceſſario oportet adducere aliquam reſpõſionem,
quam ad ꝓpoſitam dubitationem ſatiſſaciat. ¶ Reſpõdendo
autem dico ꝙ hõ magis accenditur in iram q̃ ipſa fœmina, et
fœmina eſt magis uindicatiua q̃ uir & minus accenditur in
ira q̃ hõ. Cauſa autem qua uir magis accẽditur in iram q̃ fœ
mina (. ſ. ipſa calliditas) eſt etiam cã ꝙ uir minus appetit uin
dictam q̃ fœmina. Et cauſa per quam fœmina minus in iram
accẽditur q̃ uir (. ſ. ꝙ ipſa frigiditas complexionis) eſt etiam
cã ꝙ fœmina eſt magis uindicatiua. ¶ Vnde ſciendum ꝙ ſi-
cuti dictum eſt ſuperius in cap. 54. quotiẽſcunq; accidit ac
cẽſio ſiue ebulitio ſanguinis, immediate ſequitur ꝙ q̃to maior
eſt ebulitio, magis etiam uapores ad caput exhalãtur, & ſm
ipſorum groſſitiem ac tenebroſitatem, ita etiam & fantaſma
ta impediuntur, ac incõfuſo perſiſtunt, & ecõtrario quãdo ſub
tiles ſunt & clari, fantaſmata quoq; remanẽt clara ac diſun
cta, dictum etiam fuit ꝙ calor naturalis ex uigoroſitate ſua
ꝑducit uapores, ſiue purificat illos ex cõſumptione frigidita-
tis ac nimiæ humiditatis eorum, ex quibus talis cõfuſio ac te
nebroſitas cauſatur. Et ecõtrario quãdo calor naturalis eſt de-

bilis illiuſmodi uapores thetri ac confuſi ad caput aſcendunt.
Et ideo cum ira ſit accenſio ſanguinis( ita in uiro, ſicuti etiam
in muliere )ſequitur etiam ꝙ in quolibet corũ ſit maxima ebu
litio ac multiplicatio uaporum ac fantaſiam accedentium,( in
cuius etiam ſignum rubeſcunt in faciem )& etiam ſequitur ꝙ
ubi calor naturalis dominatur, ibi etiam tales uapores ſunt cla
ri & ſubtiles, & ecõtrario, ubi dominatur ipſa frigiditas, ibi
etiam illius uapores ſint groſſi & obſcuri, ex qua groſſitie fan
taſmata ipſa cõfunduntur ac uirtus fantaſtica impeditur, &
etiam ſequitur ꝙ ratio & intellectus eorum cõfuſione offendũ
tur in ꝓprio iuditio. Et ideo hõ qui eſt callidus naturaliter dici
tur eſſe minus iracundus, ( & re uera ſic eſt, )quia q̃uis in eo
fiat maior ebulitio accẽſio ſanguinis, attamẽ ex quo uirtus fan
taſie, ac fantaſmata ipſa nõ impediuntur ab ipſo ſuo diſcurſu
ac collatione naturali, ideo nõ dicitur iracundior ꝓpter domi-
nium rationis ac intellectus qui dominãt tali appetitui uindi-
ctæ. Et in cõtrarium fœmina que eſt naturaliter frigida dici-
tur eſſe iracũdior ipſo hoie, quia q̃uis minorem accẽſionem ſan
guinis patiatur, attamẽ nõ ꝓpter hoc ſequitur quin ipſa fanta
ſia ac fantaſmata confundantur, immo tales uapores magis
abundant( quia palea ſuppoſito minori igne maiorem fumum
ꝓducit ac nebuloſum, ). & ex tali groſſitie ac multiplicatione
uaporum ſpecies ipſe ac fantaſmata quæ circa obiectum uindi
ctæ occurrunt ſunt cõfuſa & obſcura, quo fit ut ratio ipſa im
pedita a ꝓpria operatione ſiue collatione, neceſſario ipſe appeti
tus in prima apprehẽſione uindictæ perſiſtit, & ex cõſequenti
oĩ conatu ſuo ꝓpoſitam uindictam appetit. Et hoc eſt ꝙ dici-
tur cõiter. ſ. fœminam eſſe magis iracundam, quia obiectum
ꝓprium ipſius iræ eſt uindicta, & iuxta ſententiam phyloſo-
phi, unũquodq; denominatur ab obiecto. ¶ Et ideo cum queri-

tur, quare fœmina eſt iracundior ipſo hoīe, dicendum eſt ꝙ hæc
prouenit ex dominatione appetitus ſenſitiui in obiectum uindi
ctæ propter uapores excellentes, & imperfectam accenſionem,
inualidam accenſionem ſanguinis circa cor impeditiua ratio-
nis ac intellectus diſcurſum ſiue collationem.

¶Cap.ccxci.de numero nuptiarum & uxorum.

NOn nulli cæleberrimi auctores dicunt ꝙ tot li- 1
neæ quot ſunt iuxta auricularē in latere manus
ꝓpe mēſalē, et quot lineæ apparebūt uenientes ex
dorſo manus, tot uxores manifeſtāt, ſi obliquæ
fuerit, præteritas, ſi uero rectæ futuras, et quot
paruæ lineæ inuētæ fuerint, tot pellices manifeſtāt, ſi uero ante-
dictæ lineæ ſint interciſæ, utplurimū, uir accipiet uxorē corru-
ptā, ſi obliquas lineas reperies, malā mulierem accipiet, ſi ma
gnæ erūt lineæ, lōgeue uiuēt, ſi uero paruæ, parua uita iudican
da eſt, ſi autem fuerint dictæ lineæ cū trinaria ſui ꝓportione et
magnæ, cū bono colore, & tuberculus Veneris & alii montes
fuerint fortunati, denotant magnas diuitias ꝓpter uxores, &
præcipue ſi tales habuerint ſigna quæ oſtendunt diuitias, aut
oſtendunt hereditates mulieris gratia, ut ante iā dictum fuit.
¶Lineæ extenſæ a radice policis per mōtem ipſius, quot lineæ
fuerint, tot mulieres uxoribus ſimiles dicunt oſtēdere. Et in ma 2
nu mulieris, tot hoīes uel amicos maritis ſimiles denotant. Si
ſint rectæ, extenſæ, & pulchræ, tot prædictis mulieribus aut
uiris copulabūtur. Et ſi infra prædictas lineas ſit aliqua ma-
ior altera, ſignum eſt habere talem mulierem aut talem hoīem
maiorem in diuitiis q̄ fuerit genus ſuum. ¶Dicunt etiam qui 3
dam ꝙ quot lineæ ſecāt primam iuncturam medici, tot uiros
accipiet mulier, & talem interſecationem dicūt chyromātici
eſſe per lōgitudinem iuncturæ, nō autem per latitudinē. ¶Di- 4

xit pictor chyromãtiæ quot lineas in fœmina inueneris a prima anularis iũctura ad ſcd'am & illæ ſint rectæ & pulchræ, totidem maritos ſignificat fœminam habiturã,hoc uero falſum & erroneum eſt.Nam ſunt aliqui qui in tali loco habẽt uiginti lineas,aut decem.Et nunq̃ inuẽtus eſt uir qui habuerit in
5 ſuo periodo ſex uxores. ¶ Dixit auctor cuius nomẽ nõ bene memini,ꝙ quãdo linea ſaturnina oritur a radice brachii & extẽdatur ad anularem digitum,& tamen nõ tãgat ipſum digitum,denotat ꝙ uxoribus,uel amaſiis copulabitur.

¶ Tricaſſus Mantuanus.

PRimum ſignum huius cap.ubi dicit ꝙ tales lineæ interciſæ ſignificãt accipere uxorem corruptam,falſum eſt.Pro quo ſciendum ꝙ tales lineæ duobus modis poſſunt eẽ interciſæ.Vno modo directæ per tranſuerſum,Alio quaſi per longum . Et primo quidem modo ſignificãt per interualla temporum cum uxore conuerſari.aut aliam magis amare,aut ſimul.Secundo uero modo ſignificat cælebem uitam ducere, aut uxorem uel amicam nõ accipere,aut acceptã dimittere. ¶ Quo ad.2.ſignum.ſciendum ꝙ ſi quis obſeruaret iudicium expoſitum in chyromãtia mea.3.parte,figura.12.littera.B.poſſet in ſimul cognoſcere tẽpus nuptiarum,aut coniugii,aut copulæ carnales per tales lineas ſignificatæ. ¶ Quãtum uero ad.3.&.4.ſignum ſciendum ꝙ idem ſunt.Et in hoc etiam percipi poteſt ignorãtia ac malignitas huius Beſtiæ,qui propria paſſione obcecatus ac in aliorum detractionem penitus intẽtus.3.concedit,demum autem negat.4.eo ꝙ ſit expoſitio Corui.Attamen(ſcdm ꝓpriam ueritatem )iſtæ lineæ ſunt pauci roboris ꝓpter earum multiplicem ſignificatum.Et etiam hæ quæ ſunt huius ſignificationis ſunt claræ ꝓfundæ & apparentes.Nihil etiam officit ꝙ.ſ.in-